



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google


El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

---

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



DE IURIS ARTE, LIBER PRIMVS.

sint in tota rerum vniuersitate quæ dicuntur prima : Natura , intelligentia , bonum : de Natura per res diducta , tractant Physici : de Ratione & intelligentia , Dialectici : de iusto tandem ac bono , Iureconsulti ; quibus nihil planè aliud est pròpositum , quam vt inquirant , quo modo virtus & iustitia Dei per omnia pertineat , & cùm diuinis tum humanas res , prout cuiusque natura patitur , moderetur ac inforinet <sup>c</sup> . Nec est verò distinguendum , vtrum ciuilisne , an Pontificalis , publici an priuati iuris scientia , nunc à nobis definiatur: vna enim est ac simplex iuris ars , ad quoscunq; tandem rerum & disputationum tractus accommodetur . Nam quòd nonnulli sunt qui huius , nonnulli qui illius iuris peritiam profitentur : non ipsorum rerum natura , sed hominum vitijs accidit . Homines enim oppresi opinionibus non modò vulgi , verùm etiam leuiter eruditorum , quæ complecti tota nequeunt , ea faciliùs diuulsa , & quasi discerpta , contrectant . Per rerum naturam , omnia hæc quæ suprà & subtèr , vnum sunt , & vna vi , vnaque confensione naturæ constringuntur : nec est vllum genus rerum , quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare , aut quo cætera si careant , vim suam atque extensitatem conseruare possit . Illa demum vera perfectaque iurisprudentia est , quæ omnium diuinarum <sup>d</sup> & humanarum rerum , id est actionum & negotiorum aduersus Deum & homines , ( sic enim interpretamur res ) cognitionem possidet . Ille perfectus Iureconsultus , qui non in ijs modò quid iustum , quid iniustum sit , dijudicat . quæ popularia sunt , & manibus tractari ac teneri possunt , cuiusmodi testamenta , contractus , tutelæ , cæmoniæ , officia , & si qua sunt alia externa : verùm etiam qui in illis quæ ipsius mentis & sunt & animi , quæque intimam illam , & cum Deo proximè coniunctam hominis naturam respiciunt , quid æquum , quid iniquum sit , cum perfectissimo legislatore Mose , videre possit & intelligere . Atque hoc illud est cur sacrosancta dicatur hæc scientia , & vt Vlpianus ait c v i v s MERITO Q Y IS N O S S A C E R D O T E S A P P E L L E T . Nam cùm in reliquis ferme omnibus artibus , nihil aliud , quæ ingenij sagacitas & celeres quidam motus animorum requirantur : in hac & illud præterea necessarium est , vt cum ingenij celeritate ac luce , virtus etiam & pietas eaque non vulgaris , coniungatur <sup>h</sup> . Et quidem ea re , nisi fallor , apud Romanos factum est , cur actionum omnium & formularum potestas , apud collegium Pontificum resideret <sup>i</sup> . Et præterea cùm duplex sit officium sacerdotum , vnum vt cæmonijs præsint & sacriss , alterum vt vatum prædicta & effata incognita interpretentur : vtrumque sustinet iureconsultus : sacrificat , cùm vel ius reddens litigantibus , vel fontes supplicijs , benemeritos præmijs afficiens : gratissimum æquitatis & iustitiae sacrificium Deo <sup>k</sup> exhibet . Oracula <sup>l</sup> edit , cùm vel consultoribus se præbens , vel obscuriores legum nodos & intelligentias enudans , diuinos illos & abditos iuris & iniuriæ fontes , populo recludit . Ius igitur nihil est aliud , quæ ars boni & æqui .

## b ii De diuisi-

Digitized by Google

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

plexa gubernat, estimare possimus? Certè non potest ullo modo fieri, vt de singulis rerum speciebus aptè ac conuenienter iudicemus, nisi ab ipsis generibus, et summis capitibus proficiamur. Primùm igitur vt diximus, tribus libris illâ iuris viam et rationē persequemur, quæ nullis temporum et locorum spatijs circumscripta, quascunque in oras regionesue delata sit, eodem semper instructu, ornatuque comitata incedit. Deinceps verò alijs duodecim de illa breuiter et strictim differens, volente Deo, iurisprudentia, quæ propria est ciuium Romanorum, quæque ex anteriore collecta, certis libris comprehensa, et diuinâ quadâ ratione in ordinâ inclusa est. Scio equidè q̄ difficilis quâmq; scopolosâ et ardua res sit quam aggredior: & rursus q̄ tenues vel potius nullæ vires ad eā mihi suppetant: sed facit (me hercle) temporū nostrorum summa necessitas, et totius veteris disciplinæ perturbatio, vt non morandum amplius, donec fortè existat aliquis vir perfectus et diuinus, qui totam rem restituat: sed vt omnibus potiùs & omniū opibus, quantulæcunque illæ sint, quemadmodum in extremis naufragiorum periculis fieri solet, succurrendum et opitulandum esse videatur. Et si fortasse non omnia ea facultate assequar, quæ voluntate præcepi et animo: tamen primis iactis veræ germanæque disciplinæ fundamentis, satis mihi superque fecisse videbor, si aliorum quoque studia commovero, et post adumbrationem delinationemque à nobis factam, ad articulationem et colorum iniectionem porrò faciédam incitaro. Nunc igitur ad id quod instat.

## DE IURIS DEFINITIONE.

a. l. s. ff. de Iust.  
& Iure.



IT Vlpianus<sup>a</sup>, IUS EST ARS BONI ET AEQUI,  
CIVIS MERITO QVIS NOS SACERDOTES AP-  
PELET. Ideo autem vocat ARTEM, quia neque sci-  
entia tantum est, quæ circa res diuinâ solùm & æternas  
versatur: neque contrà peritia quædam, quæ fragilia & in opinione  
tantum hærentia consecutatur, neque denique prudentia solùm, quæ  
licet diuina cù humanis cōiungat, nuda tamē actione finitur, nullū relin-  
quēs opus perfectū post se: sed est facultas quædā & ratio ex oībus illis  
similis confecta: quippe quæ supera cum inferis, diuina cum humanis,  
publica cum priuatis connectat: et hoc insuper p̄ se illis suprascriptis  
tribus eximum habeat, vt opus aliquod perfectum bene constitutæ  
fundatæque Reipublicæ post se relinquat<sup>b</sup>. Atque hoc illud est, cur  
propriè ars vocetur, curq; illi, qui in ea ceteris mortalibus pr̄stāt, sapi-  
entes<sup>c</sup> nominetur, quanvis tamen alioqui à Iuris scientiæ<sup>d</sup> peritiaeque &  
prudètiæ vocabulis in cōmuni vsu non abstineatur. Quod déinde subij-  
cit BONI ET AEQUI, tantum significat quantum pium, sanctum,  
iustum, rectum, honestum, pulchrum, aut si quod est aliud vocabulum,  
quo planius res possit significari. Pertinet enim ad explicationem  
eius quod proprium est huius artis, quoq; tanquam propria sua nota  
à reliquis omnibus disciplinis & facultatibus sciungitur. Nam cùm tria  
sint in tota

b. arg. 1.2. ff de  
Iust. & Iure §. 1.  
c. procem. Insti.  
c. 1.2. §. Iuris ci.  
ff. de orig. Iuris.  
d. 1.1. ff. de var.  
& extraord. act.  
§. Jurisprudentia  
Inst. de Iust. &  
Iure.

## DE IVRIS ARTE, LIBER PRIMVS. 2

sint in tota rerum vniuersitate quæ dicuntur prima: Natura, intelligentia, bonum: de Natura per res diducta, tractant Physici: de Ratione & intelligentia, Dialectici: de iusto tandem ac bono, Iureconsulti; quibus nihil planè aliud est pròpositum, quam vt inquirant, quo modo virtus & iustitia Dei per omnia pertaineat, & cùm diuinis tum humanas res, prout cuiusque natura patitur, moderetur ac informet<sup>e</sup>. Nec est verò distinguendum, vtrum ciuilisne, an Pontificalis, publici an priuati iuris scientia, nunc à nobis definiatur: vna enim est ac simplex iuris ars, ad quoscunq; tandem rerum & disputationum tractus accommodetur. Nam quòd nonnulli sunt qui huius, nonnulli qui illius iuris peritiam profitentur: non ipsarum rerum natura, sed hominum vitijs accidit. Homines enim oppresi opinionibus non modò vulgi, verùm etiam leuiter eruditorum, quæ complecti tota nequeunt, ea facilius diuisa, & quasi discerpta, contrectant. Per rerum naturam, omnia hæc quæ suprà & subtèr, vnum sunt, & vna vi, vnaque consensione naturæ constringuntur: nec est vllum genus rerum, quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conseruare possit. Illa demum vera perfectaque iurisprudentia est, quæ omnium diuinarum & humanarum rerum, id est actionum & negotiorum aduersus Deum & homines, (sic enim interpretamur res) cognitionem possidet. Ille perfectus Iureconsultus, qui non in ijs modò quid iustum, quid iniustum sit, dijudicat. quæ popularia sunt, & manibus tractari ac teneri possunt, cuiusmodi testamenta, contractus, tutelæ, cæmoniæ, officia, & si qua sunt alia externa: verùm etiam qui in illis quæ ipsius mentis & sunt & animi, quæque intimam illam, & cum Deo proximè coniunctam hominis naturam respiciunt, quid æquum, quid iniquum sit, cum perfissimo legislatore Mose, videre possit & intelligere. Atque hoc illud est cur sacrosancta dicatur hæc scientia, & vt Vlpianus ait c v i v s M E R I T O Q U I S N O S S A C E R D O T E S A P P E L L E T . Nam cùm in reliquis ferme omnibus artibus, nihil aliud, quam ingenij sagacitas & celeres quidam motus animorum requirantur: in hac & illud præterea necessarium est, vt cum ingenij celeritate ac luce, virtus etiam & pietas eaque non vulgaris, coniungatur<sup>h</sup>. Et quidem ea re, nisi fallor, apud Romanos factum est, cur actionum omnium & formularum potestas, apud collegium Pontificum resideret<sup>i</sup>. Et præterea cùm duplex sit officium sacerdotum, vnum vt cæmonijs præsint & sacris, alterum vt vatuum prædicta & effata incognita interpretentur: vtrumque sustinet iureconsultus: sacrificat, cùm vel ius reddens litigantibus, vel santes supplicijs, benemeritos præmijs afficiens: gratissimum æquitatis & iustitiae sacrificium Deo k exhibet. Oracula<sup>l</sup> edidit, cùm vel consultoribus se præbens, vel obscuriores legum nodos & intelligentias enudans, diuinos illos & abditos iuris & iniuriæ fontes, populo recludit. Ius igitur nihil est aliud, quam ars boni & æqui.

e. 1. bona fides  
ff. dep. d. l. i. ff.  
de luit. & lur. §.  
iurisprudentia  
Inst. de luit. &  
lure.

f. §. iurisprudē-  
tia Inst. de luit.  
& Iure. arg. l. 1.  
ff. de interdictis  
l. 1. ff. de rerum  
diuīs. c. duo. 12.

g. l. quisquis in  
pric. C. ad l. lul.  
maiest. l. si quis  
non C. de episc.  
& cler. l. Diuus  
ff. ad l. Corn. vi-  
de notata in l.  
cognitionis. ff.  
de pœnia.

h. l. 2. §. Iuris ci-  
uilis. ff. de orig.  
Iuris. arg. l. con-  
tinuus. §. cū ita  
ff. de verbor.  
obl. l. 1. ff. de  
va. & extraord.  
cogn. l. folēt. ff.  
de off. procons.  
l. illicitas. §. ne  
potentiores. ff.  
de off. præsid.

i. l. 2. post prin-  
cipiū. ff. de orig.  
Iuris.  
k. c. quali in fin.  
l. 3. q. 2.  
l. Cicero lib. r.  
de oratore arg.  
§. responsa. Inst.  
de Iure naturali.  
vide l. curu qui-  
dā. §. Scæuola.  
ff. de li. & posth.  
l. munerum. §.  
mixta. ff. de mu.  
& honor.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

plexa gubernat, estimare possimus? Certè non potest vlo modo fieri, vt de singulis rerum speciebus aptè ac conuenienter iudicemus, nisi ab ipsis generibus, et summis capitibus proficiamur. Primum igitur vt diximus, tribus libris illā iuris viam et rationē persequemur, quæ nullis temporum et locorum spatijs circumscripta, quascunque in oras regionesūe delata sit, eodem semper instructu, ornatuq; comitata incedit. Deinceps verò alijs duodecim de illa breuiter et strictim differemus, volente Deo, jurisprudentia, quæ propria est ciuium Romanorum, quæque ex anteriore collecta, certis libris comprehensa, et diuina quadā ratione in ordinē inclusa est. Scio equidē q; difficilis quāmq; scopulosa et ardua res sit quam aggredior: & rursus q; tenues vel potius nullæ vires ad eā mihi suppetant: sed facit (me hercle) temporū nostrorum summa necessitas, et totius veteris disciplinæ perturbatio, vt non morandum amplius, donec fortè existat aliquis vir perfectus et diuinus, qui totam rem restituat: sed vt omnibus potiū & omniū opibus, quantulæcunque illæ sint, quæmadmodum in extremis naufragiorum periculis fieri solet, succurrendum et opitulandum esse videatur. Et si fortasse non omnia ea facultate assequar, quæ voluntate præcepi et animo: tamen primis iactis veræ germanæque disciplinæ fundamentis, satis mihi superque fecisse videbor, si aliorum quoque studia commovero, et post adumbrationem delinationemque à nobis factam, ad articulationem et colorum iniectionem porrò faciédam incitaro. Nunc igitur ad id quod instat.

## DE IURIS DEFINITIONE.

a. l. 1. ff. de M. & Iure.



IT Vlpianus<sup>a</sup>, IUS EST ARS BONI ET AEQUI,  
CIVIS MERITO QVIS NOS SACERDOTES AP-  
PELET. Ideo autem vocat ARTEM, quia neque sci-  
entia tantum est, quæ circa res diuinas solum & æternas  
versatur: neque contrà peritia quædam, quæ fragilia & in opinione  
tantum haerentia consecutatur, neque denique prudentia solum, quæ  
licet diuina cū humanis cōiungat, nuda tamē actione finitur, nullū relin-  
quēs opus perfectū post se: sed est facultas quædam & ratio ex oībus illis  
simul concocta: quippe quæ supera cum inferis, diuina cum humanis,  
publica cum priuatis connectat: et hoc insuper p̄ illis suprascriptis  
tribus eximium habeat, vt opus aliquod perfectum bene constitutz  
fundatæque Reipublicæ post se relinquat<sup>b</sup>. Atque hoc illud est, cur  
propriæ ars vocetur, curq; illi, qui in ea cæteris mortalibus præstāt, sapi-  
entes<sup>c</sup> nominetur, quanvis tamen alioqui à Iuris scientiæ<sup>d</sup> peritizq; &  
prudētiæ vocabulis in cōmuni vsu non abstineatur. Quod dēinde subij-  
citur BONI ET AEQUI, tantum significat quantum pium, sanctum,  
iustum, rectum, honestum, pulchrum, aut si quod est aliud vocabulum,  
quo planius res possit significari. Pertinet enim ad explicationem  
eius quod proprium est huius artis, quoq; tanquam propria sua nota  
à reliquis omnibus disciplinis & facultatibus sciungitur. Nam cū tria  
sint in tota

b. arg. l. 1. ff de  
Iust. & Iure §. 1.  
§ proem. Insti.  
c. l. 1. §. Iuris ci.  
ff. de orig. Iuris.  
d. l. 1. ff. de var.  
& extraord. act.  
§. jurisprudentia  
Inst. de Iust. &  
Iure.

## DE IVRIS ARTE, LIBER PRIMVS.

sint in tota rerum vniuersitate quæ dicuntur prima: Natura , intelligentia , bonum : de Natura per res diducta , tractant Physici : de Ratione & intelligentia , Dialectici : de iusto tandem ac bono , Iureconsulti ; quibus nihil planè aliud est propositum , quam ut inquirant , quo modo virtus & iustitia Dei per omnia pertineat , & cum diuinis tum humanas res , prout cuiusque natura patitur , moderetur ac inforinet<sup>e</sup>. Nec est verò distinguendum , vtrum ciuilisne , an Pontificalis , publici an priuati iuris scientia , nunc à nobis definiatur: vna enim est ac simplex iuris ars , ad quoscunq; tandem rerum & disputationum tractus accommodetur . Nam quòd nonnulli sunt qui huius , nonnulli qui illius iuris peritiam profitentur : non ipsorum rerum natura , sed hominum vitijs accidit . Homines enim oppressi opinionibus non modò vulgi , verùm etiam leuiter eruditorum , quæ complecti tota nequeunt , ea facilius diuulsa , & quasi diserpta , contrectant . Per rerum naturam , omnia hæc quæ suprà & subtèr , vnum sunt , & vna vi , vnaque consensione naturæ constringuntur : nec est vllum genus rerum , quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare , aut quo cætera si careant , vim suam atque æternitatem conseruare posse . Illa demum vera perfectaque iurisprudentia est , quæ omnium diuinarum & humanarum rerum , id est actionum & negotiorum aduersus Deum & homines , ( sic enim interpretamur res ) cognitionem possidet . Ille perfectus Iureconsultus , qui non in ijs modò quid iustum , quid iniustum sit , dijudicat . quæ popularia sunt , & manibus tractari ac teneri possunt , cuiusmodi testamenta , contractus , tutelæ , cæmoniæ , officia , & si qua sunt alia externa : verùm etiam qui in illis quæ ipsius mentis & sunt & animi , quæque intimam illam , & cum Deo proximè coniunctam hominis naturam respiciunt , quid æquum , quid iniquum sit , cum perfectissimo legislatore Mose , videre posse & intelligere . Atque hoc illud est cur sacrosancta dicatur hæc scientia , & vt Vlpianus ait c v i s M E R I T O Q V I S N O S S A C E R D O T E S A P P E L L E T . Nam cùm in reliquis ferme omnibus artibus , nihil aliud , quam ingenij sagacitas & celeres quidam motus animorum requirantur : in hac & illud præterea necessarium est , vt cum ingenij celeritate ac luce , virtus etiam & pietas eaque non vulgaris , coniungatur<sup>h</sup> . Et quidem ea re , nisi fallor , apud Romanos factum est , cur actionum omnium & formularum potestas , apud collegium Pontificum resideret<sup>i</sup> . Et præterea cùm duplex sit officium sacerdotum , vnum vt cæmonijs præsint & sacris , alterum vt vatuum prædicta & effata incognita interpretentur : vtrumque sustinet iureconsultus : sacrificat , cùm vel ius reddens litigantibus , vel fontes supplicijs , benemeritos præmijs afficiens : gratissimum æquitatis & iustitiae sacrificium Deo k exhibit . Oracula<sup>l</sup> edit , cùm vel consultoribus se præbens , vel obscuriores legum nodos & intelligentias enudans , diuinos illos & abditos iuris & iniuriæ fontes , populo recludit . Ius igitur nihil est aliud , quam ars boni & æqui .

e. 1. bona fides  
ff. dep. d. l. i. ff.  
de iust. & iur. §.  
iurisprudentia  
Inst. de iust. &  
Iure.

f. §. iurisprudē-  
tia Inst. de iust.  
& Iure. arg. l. i.  
ff. de interdictis  
l. i. ff. de rerum  
diuīs. c. duo. 12.  
q. i.

g. l. quisquis in  
prīc. C. ad l. l. l. l.  
maiest. l. si quis  
non C. de episc.  
& cler. l. Diuīs  
ff. ad l. Corn. vi-  
de notata in l.  
cognitionis. ff.  
de poenia.

h. l. 2. §. Iuris ci-  
uīs. ff. de orig.  
Iuris. arg. l. con-  
tinuus. §. cū ita  
ff. de verbō.  
obl. l. i. ff. de  
va. & extraord.  
cogn. l. solēt. ff.  
de off. procons.  
l. illicitas. §. ne  
potentiores. ff.  
de off. presid.

i. l. 2. post prin-  
cipiū. ff. de orig.

Iuris.

k. c. quali in fin.

23. q. 2.

l. Cicero lib. x.  
de oratore arg.  
§. responsa. Inst.  
de iure naturali.  
vide l. cum quidā. §. Scruola.  
ff. de li. & posth.  
l. munerum. §.  
mixta. ff. de mu-  
& honor.

b ij De diuīsi-



IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSULTI  
DE IURIS ARTE LIBRI TRES,

EIVSDEM IURIS PONTIFICII ET CIVILIS  
LIBER SINGULARIS.

L O V A N I I

Prostant apud Martinum Rotarium Bibliop. Iurat.

A N N O 1553.

Cum Gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis,

ad Sexennium.

*Hob. alb. crudm. stadij.*

## P R I V I L E G I V M.

**C**AUTVM est Cæsareo priuilegio, ne quis, intra sexennium, citra voluntatem Martini Rotarij, aut imprimat, aut aliubi impressos importet, venalesue habeat, hosce libros, quorum tituli sunt: IOACHIMI HOPPERI PHRISII IVRECONSULTI, DE IVRIS ARTE, LIBRI TRES. EIVSDEM, IVRIS PONTIFICII ET CIVILIS, LIBER SINGVLARIS. EIVSDEM AD IVSTINIANVM DE OBLIGATIONIBVS, ΠΙΘΑΝΩΝ LIBRI QVINQUE. EIVSDEM, PAVLVS, SIVE DE MERCATV, PACTIS, ET FOENORE, POSTERIORVM LIBRI DVO. ITEM, ΕΚ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΙΚΟΥ, ΤΙΤΛΟΙ ΔΥΟ, META ΣΧΟΛΙΩΝ. CVM PRÆFATIONE EIVSDEM IOACHIMI, ET DE COLLATIONIBVS, NOTARVM LIBRO SINGVLARI. Atque id, sub poena, tum confiscationis ipsorum librorum: tum verò, pecuniæ, partim fisco, partim suprascripto Martino inferendæ, secundum quod latius est expressum in ipso summi Cæsaris consilij diplomate, Dato Bruxellæ, xxij. April. Anno Domini M. D. LIII.

Sign. I. de La torre.

CAPITA LIBRI PRIMI DE IVRIS  
ARTE, QVI EST IVSTI ET IN-  
IVSTI, SIVE DE PRINCI-  
PIIS BONI ET AEQVI.

DE IVRIS DEFINITIONE.

DE DIVISIONE IVRIS.

QVID IVSTICIA.

DE SPECIEBVS IVSTICIAE.

DE GRADIBVS IVSTICIAE.

DE PARTIBVS IVSTICIAE.

DE PRINCIPIIS IVRIS ET EORVM DIVISIONE.

DE PRINCIPIIS VNIVERSALIBVS.

DE PRINCIPIIS GENERALIBVS DIVINIS.

SPS

DE GENERALIBVS PRINCIPIIS NATURALIBVS.

a ij

DE GENERA-

DE GENERALIBVS PRINCIPIIIS EXTERNIS.

DE PRINCIPIIIS PARTICVLARIBVS.

DE LEGE.

DE ROGATIONE, INTERPRETATIONE, MATERIA, ET ABROGATIONE LEGVM.

CAPITA LIBRI SECUNDI, QVI EST  
DIVINARVM ET HUMANARVM  
RERVM, SIVE DE IVSTICIA  
PER RES DIFFUSA.

DE REBUS DIVINIS SIVE DE IVRE PONTIFICIO.

DE IIS QVAE DIVIS EXHIBENTVR.

DE APPENDICIIS SACRORVM.

DE REbus HUMANIS, SIVE DE IVRE CIVILI.

DE RE MILITARI.

DE RE QVÆSTORIA.

DE RE PRIVATA.

DE RE PRIVATA.

DE REBUS MIXTIS, SIVE DE IURE AVGVRVM.

DE IVSTICIA PER RES DIFFUSA.

DE FICTIONE IURIS, ET IIS QVAE LEGUMULATOR IPSE DE NOVO FACIT.

DE IURIS CONIECTURA, AN ALIQUID SIT.

DE IURIS DEFINITIONE, ET QYID QVODQVE SIT.

DE IURIS DECISIONIBVS, QVALE QVID SIT.

DE CIRCVNSTANTIIS.

DE ASYSTATIS, INDIFFERENTIBVS, ET IIS QVAM  
ABDITAM HABENT IURIS RATIONEM.

DE DIRECTIONE LEGVM, AD VLTIMVM FINEM.

a iij CAPITA

CAPITA LIBRI TERTII, QVI EST  
ACTIONVM LEGIS, SIVE DE ORDINE  
IVDICIORVM: CVI ADIVNGITVR TVM  
IVRIS PONTIFICII ET CIVILIS, TVM  
EORVM, QVI LEGES. SVSTINENT,  
AD ARTEM IVRIS ACCOM-  
MODATIO.

DE CIVILIBVS ACTIONIBVS, QVAE PER IVRISDICTIO-  
NEM EXPEDIVNTVR, QVOMODO DIVIDANTVR SE-  
CVNDVM GRADVS.

DE DIFFERENTIIS ACTIONVM CIVILIVM, SECUNDVM  
SPECIES.

DE DIVISIONE ACTIONVM CIVILIVM, SECUNDVM  
RES SVBIECTAS.

DE IVDICIIS CRIMINALIBVS, QVAE MERO IMPERIO  
EXPEDIVNTVR.

DE IVDICIIS PERTINENTIBVS AD MIXTVM IMPERIVM.

DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS ACTIONIBVS.

DE PROCESSV IVDICIORVM, ET PRIMO DE PERSONIS  
PERTINENTIBVS AD IVDICIVM.

DE REBV S PERTINENTIBVS AD IVDICIVM, TVM HO-  
DIE, TVM SECUNDVM VETERES.

DE PROCESSV

DE PROCESSV IVDICIE CIVILIS.

DE PROCESSV CRIMINALIVM IVDICIORVM.

DE PROCESSV PRAETORIORVM ET EXTRA-  
ORDINARIORVM IVDICIORVM.

IVRIS PONTIFICII ET CIVILIS LIBER SINGVLARIS  
INSERTVS HVIC TERTIO DE IVRIS ARTE.

IVRIS PONTIFICII CAPITA SVNT, LEGES, MAGI-  
STRATVS, IVDICIA, DE QVIBVS TRACTATVR, QVO-  
MODO IN IIS PROCEDATVR, QVAE SIT RATIO  
ECCLESIASTICORVM, PROPHANORVM, ET CRIMI-  
NALIVM IVDICIORVM.

IVRIS CIVILIS CAPITA SVNT IPSVM IUS SVBIECTA  
IVRIS ET IVDICIA QVAE DIVIDVNTVR IN TA  
PIRΩTA, IN IPSA IVDICIA, TVM CIVILIA, TVM  
PRAETORIA, TVM CRIMINALIA, ET IN POSTERIORA.  
DE IIS

DE IIS QVI LEGES SVSTINENT ET EO-  
RVM DIVISIONE.

DE VITIIS QVAE VITARI DEBENT AB IIS, QVI  
LEGES SVSTINENT.

DE OFFICIO EORVM QVI LEGES SVSTINENT, ET  
DE ARTIBVS QVIBVS INSTRVCTI ESSE DEBENT.

#

IOACHIMI

IOACHIMI HOPPERI PHRL  
SII I V R E C O N S U L T I  
D E I V R I S A R T E,  
LIBER PRIMVS.



EV S Opt. Maximus duo nobis adiungens artium disciplinarumq; genera , quibus nos vitamq; nostram tueri, & in omnes partes confirmare possumus ; vnu qui dem genus contulit, quod ad vitæ nostræ cultum, & eorum rerum , quibus quotidie vtiuntur, facultatem & copiam pertinet: alterum verò , quod in ijs indagandis exquirendisq; versatur, quæ rectè iusteque vivendi vias continent , quæq; hominem conciliant homini , & ad religionis , & ad communis vitæ societatem . Et quidem cùm tota humana natura partim corpore constet , partim animo: admirabili quadam ratione comparatum est , vt illud genus è mortali & caduca natura desumptum, cùm beluis nobis & feris animalibus sit commune : hoc verò , è perpetuis illis & sempitermis ignibus delibatum, & cum ipso animo à Deo ingeneratum, efficiat, vt cum dijs immortibus putandi simus , & eorum agnatione & gente , sive stirpe teneamur. Sed sunt huius rursum duæ facultates, regales planè & propè diuinæ , vt quæ in rebus omnibus dominatum tercent , & sine quibus reliquæ scientiæ soliuage sint ac ieiunæ . Prior est , quæ ciuilis appellatur, quæq; dissipatos homines ratione quadam in unum locum compulit, & ex feris ac immanibus mites ac mansuetos reddidit . Posterior legalis dicitur , & constitutis vrbibus fidem colete, iustitiam retinere, alijs sua sponte parere , docuit : præscripsitque normam quandam q; regulam , quæ & diuinæ religionis , & humani officij ratio coli possit . Imitata proculdubio principem illam Dei mentem & ultimam, quæ vniuersum mundum regit, imperandi prohibendique sapientia . Ac de ciuili quidem facultate tractabimus . approbante Deo in ijs commentarijs , quos de antiqua Frisionum Republica , & de philosophia Platonis, in manibus habemus . Hoc verò tempore in animo est, de scientia legali , & perfecta iuriis condendarumque legum arte , quæ nullis veterum monumentis prodita extat, conscribere . Oroque Deum Opt. Max. cui hasce studiorū meorū primitias libenter offero , vt ea literis mādere possimatis, quæ & cū vera religione , & cū totius Reipubl. ac studiosorum omnium utilitate , quibus me totum deuoueo, sunt coniuncta . Facturus autem mihi videor operapretium , supriusquam ad ius ciuile veniam, vniuersam illam iuris prudentiam, quæ in animis nostris collocata, per omnes vbiique Respublicas aquabiliter est distributa , comprehendam : & deinde ad ius ciuale Romanorum, quod ex illa vniuersa prudentia decerpsum, in angustum angulum nature conclusum est, me conuertam . Si enim, quemadmodū est apud Platonem, oculis non rectè modernar, nisi ad ipsum prius caput medicinā faciamus : quomodo tandem obtinebitur, ut singularum nationum leges perceptas & cognitas habeamus? nisi de vniuersa prius illa lege, quæ cunctum mundum amplexa gu-

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

plexa gubernat, estimare possimus? Certè non potest vlo modo fieri, vt de singulis rerum speciebus aptè ac conuenienter iudicemus, nisi ab ipsis generibus, et summis capitibus proficiscamur. Primum igitur vt diximus, tribus libris illâ iuris viam et rationē persequemur, quæ nullis temporum et locorum spatijs circumscripta, quascunque in oras regionesū delata sit, eodem semper instructu, ornatuque comitata incedit. Deinceps verò alijs duodecim de illa breuiter et strictim differemus, volente Deo, iurisprudentia, quæ propria est ciuium Romanorum, quæque ex anteriore collecta, certis libris comprehensa, et diuina quadā ratione in ordinē inclusa est. Scio equidē q̄ difficilis quāmq; scopolosa et ardua res sit quam aggredior: & rursum q̄ tenues vel potius nullæ vires ad cā mihi suppetant: sed facit (me hercle) temporū nostrorum summa necessitas, et totius veteris disciplinæ perturbatio, vt non morandum ampliū, donec fortè exsistat aliquis vir perfectus et diuinus, qui totam rem restituat: sed vt omnibus potius & omniū opibus, quantulæcunque illæ sint, quemadmodum in extremis naufragiorum periculis fieri solet, succurrendum et opitulandum esse videatur. Et si fortasse non omnia ea facultate assequar, quæ voluntate præcepi et animo: tamen primis iactis veræ germanæque disciplinæ fundamentis, satis mihi superque fecisse videbor, si aliorum quoque studia commovero, et post adumbrationem delinationemque à nobis factam, ad articulationem et colorum iniectionem porrò faciédam incitaro. Nunc igitur ad id quod instat.

## DE IVRIS DEFINITIONE.

a. l. 1. ff. de Maff.  
& Iure.



**I**T Vlpianus<sup>a</sup>, IVS EST ARS BONI ET AEQVI, CIVIS MERITO QVIS NOS SACERDOTES APPELLAT. Ideo autem vocat ARTEM, quia neque scientia tantum est, quæ circa res diuinæ solū & æternas versatur: neque contrà peritia quædam, quæ fragilia & in opinione tantum hærentia consecutatur, neque denique prudentia solū, quæ licet diuina cū humanis cōiungat, nuda tamē actione finitur, nullū relin quēs opus perfectū post se: sed est facultas quædam & ratio ex oībus illis simul confecta: quippe quæ supera cum inferis, diuina cum humanis, publica cum priuatis connectat: et hoc insuper præ illis suprascriptis tribus eximium habeat, vt opus aliquod perfectum bene constitutæ fundatæque Reipublicæ post se relinquat<sup>b</sup>. Atque hoc illud est, cur propriè ars vocetur, curq; illi, qui in ea ceteris mortalibus præstāt, sapientes<sup>c</sup> nominētur, quanvis tamen alioqui à Iuris Scientiæ peritiæq; & prudētiæ vocabulis in cōmuni vsu non abstineatur. Quod dēinde subiicitur BONI ET AEQUI, tantum significat quantum pium, sanctum, iustum, rectum, honestum, pulchrum, aut si quod est aliud vocabulum, quo planius res possit significari. Pertinet enim ad explicationem eius quod proprium est huius artis, quoq; tanquam propria sua nota à reliquis omnibus disciplinis & facultatibus sciungitur. Nam cū tria sint in tota

b. arg. 1.3. ff de  
Iust. & Iure §. 1.  
ſ proœm. Instit.  
c. 1.2. §. Iuris ci.  
ff. de orig. Iuris.  
d. 1.1. ff. de var.  
& extraord. a&t.  
§. Iurisprudentia  
Inst. de Iust. &  
Iure.

DE IVRIS ARTE, LIBER PRIMVS. 2

sint in tota rerum vniuersitate quæ dicuntur prima: Natura, intelligentia, bonum: de Natura per res diducta, tractant Physici: de Ratione & intelligentia, Dialectici: de iusto tandem ac bono, Iureconsulti; quibus nihil planè aliud est propositum, quam ut inquirant, quo modo virtus & iustitia Dei per omnia pertineat, & cum diuinis tum humanas res, prout cuiusque natura patitur, moderetur ac inforinet<sup>c</sup>. Nec est verò distinguendum, vtrum ciuilisne, an Pontificalis, publici an priuati iuris scientia, nunc à nobis definiatur: vna enim est ac simplex iuris ars, ad quoscunq; tandem rerum & disputationum tractus accommodetur. Nam quod nonnulli sunt qui huius, nonnulli qui illius iuris peritiam profitentur: non ipsarum rerum natura, sed hominum vitijs accidit. Homines enim oppressi opinionibus non modò vulgi, verùm etiam leuiter eruditorum, quæ complecti tota nequeunt, ea facilius diuisa, & quasi discerpta, contrectant. Per rerum naturam, omnia hæc quæ supra & subtèr, vnum sunt, & vna vi, vnaque consensione naturæ constringuntur: nec est vnum genus rerum, quod aut auulsum à cæteris per seipsum constare, aut quo cætera si careant, vim suam atque æternitatem conseruare possit. Illa demum vera perfectaque iurisprudentia est, quæ omnium diuinarum & humanarum rerum, id est actionum & negotiorum aduersus Deum & homines, (sic enim interpretamur res) cognitionem possidet. Ille perfectus Iureconsultus, qui non in ijs modò quid iustum, quid iniustum sit, dijudicat. quæ popularia sunt, & manibus tractari ac teneri possunt, cuiusmodi testamenta, contractus, tutelæ, cæremoniæ, officia, & si qua sunt alia externa: verùm etiam qui in illis quæ ipsius mentis & sunt & animi, quæque intimam illam, & cum Deo proximè coniunctam hominis naturam respiciunt, quid æquum, quid iniquum sit, cum perfissimo legislatore Mose, videre possit & intelligere. Atque hoc illud est cur sacrosancta dicatur hæc scientia, & vt Vlpianus ait C V I V S M E R I T O Q Y I S N O S S A C E R D O T E S A P P E L L E T. Nam cùm in reliquis ferme omnibus artibus, nihil aliud, quam ingenij sagacitas & celeres quidam motus animorum requirantur: in hac & illud præterea necessarium est, vt cum ingenij celeritate ac luce, virtus etiam & pietas eaque non vulgaris, coniungatur<sup>h</sup>. Et quidem ea re, nisi fallor, apud Romanos factum est, cur actionum omnium & formularum potestas, apud collegium Pontificum resideret<sup>i</sup>. Et præterea cùm duplex sit officium sacerdotum, vnum vt cæremonijs præsint & sacris, alterum vt vatuum prædicta & effata incognita interpretentur: vtrumque sustinet iureconsultus: sacrificat, cùm vel ius reddens litigibus, vel fontes supplicijs, benemeritos præmijs afficiens: gratissimum æquitatis & iustitiae sacrificium Deo exhibit<sup>k</sup>. Oracula edit, cùm vel consultoribus se præbens, vel obscuriores legum nodos & intelligentias enudans, diuinos illos & abditos iuris & iniuriæ fontes, populo recludit. Ius igitur nihil est aliud, quam ars boni & æqui.

c. 1. bona fides.  
ff. dep. d. l. i. ff.  
de iust. & iur. §.  
iurisprudentia  
Inst. de iust. &  
iure.

f. §. iurisprudē-  
tia Inst. de iust.  
& iure. arg. l. 1.  
ff. de interdictis  
l. i. ff. de rerum  
diuīs. c. duo. 12.  
q. 1.  
g. 1. quisquis in  
princ. C. ad l. l. l.  
maiest. l. si quis  
non C. de episc.  
& cler. l. Diuus  
ff. ad l. Corn. vi-  
de notata in l.  
cognitionis. ff.  
de pœnia.

h l. 2. §. Iuris ci-  
wilis. ff. de orig.  
Iuris. arg. l. con-  
tinuus. §. cū ita  
ff. de verbis.  
obl. l. i. ff. de  
va. & extraord.  
cogn. l. solēt. ff.  
de off. procons.  
Illicitas. §. ne  
potentiores. ff.  
de off. præsid.  
i. l. 2. post prin-  
cipiū. ff. de orig.  
Iuris.  
k. c. quali in fin.  
z. q. 2.  
l. Cicero lib. 1.  
de oratore arg.  
§. responsa. Inst.  
de Iure naturali.  
vide l. cum qui-  
dā. §. Scæuola.  
ff. de li. & posth.  
l. munerum. §.  
mixta. ff. de mu-  
& honor.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE DIVISIONE IVRIS.



a tit. ff. de Iust.  
& Jur. de orig.  
Iuris. dell.

b cit. ff. de stat.  
hominū. de rer.  
diuis. & qualit.

c reliqua parte  
Pandecc. vbi de  
iudicijs tracta-  
tur.

d l. 2. ff. de orig.  
Iuris.

e vide l. 1. i pric.  
ff. de Iust. & iur.  
f tit. Inst. de  
Iust. & iure.

g lib. 1. de perso-  
nis, secundo, ter-  
tio, quarto, de  
rerum dominij,  
& commercijs.

h libr. 4. de acti-  
onibus.

i c. nō vos. 22. q.  
j. arg. 1. digna  
vox. C. de legib.  
k l. 1. & 2. ff. de  
legibus.

l l. si quis maior  
C. de trāfact. C.  
ad l. lul. rep.

m l. 1. §. vlt. l.  
2. §. item Va-  
rus in fin. ff. de  
aqua pluua arc.

l. seruus. ff. de  
seru. export. l. 2.  
& 3. ff. de Iust. &  
Iure.

**V**I V S boni & æqui ratio tractatioque tripartito distri-  
buitur: Primū enim simpliciter & per se consideratur ipsum  
bonum & æquum<sup>a</sup>: Deinde verò tractatur, quomodo rebus  
diuinis & humanis, publicis & priuatis accommodari, &  
in leges includi <sup>b</sup> debeat: Ultimo tandem quæritur, quomodo actioni-  
bus iudicijsque muniri, & ad effectum suum perduci<sup>c</sup> possit. Primum  
autem est sapientum, Secundum principum, Tertium pontificum secun-  
dum Romanos, <sup>d</sup> siue iudicum. Ultra hæc tria si quis plura fortè requi-  
rat, nihil profectò reperiet: Nam quemadmodum rerum omnium, ita  
etiam iuris & legum tractatio, causa legum, substantia, & effectu legum  
continetur. Profectò si ea est diuinæ mentis & æternæ ratio, vt ante om-  
nia res consideret ac exploret, quæ vis prouidētia Calcidio nominatur:  
pòst deinde iubeat aut prohibeat, quod legis proprium est ac faci: &  
postremo tādem custodem asservatoremque legis faciat, quod quidem  
vim illi, & effectum tribuit: cur non & nos idem in hac nostra humana,  
& communi æqui bonique descriptione probabimus, quam constat à  
nulla alia, quām prima illa & principe sapientia laudari? et quemadmo-  
dum ea mens est omnia ratione aut cogentis vetantis Dei, ita mentem  
quoque & rationem esse sapientis, ad iubendum & deterrendum idoneam.  
Præterea si diuinus ille legislator Moses, sic partitus est leges  
Domini, vt vnam partem mandatorū, alteram ceremoniarum, tertiam  
iudiciorum appellari: si Philosophorum princeps Plato, tum singulas  
leges in procēdium, constitutionem, & sanctionem tribuit, tum duo-  
decim dialogos de legibus sic diuisit, vt quatuor cedant principijs, qua-  
tuor ipsis legibus, quatuor foro & iudicijs, cur non & nos probabimus  
eadem, & iisdem insistere vestigijs audebimus? Maximè cùm vel ipsum  
etiam imperatorem Iustinianum<sup>e</sup> habeamus authorem, qui ciuilium In-  
stitutionū parte prima, de Iustitia tractat<sup>f</sup> & iure: altera de personarum  
& rerum qualitatibus, diuisionibus, & commercijs: Tertia tandem, <sup>h</sup> de  
actionibus & iudicijs, cui & illud porrò addi potest, quod cùm homi-  
num alij sint bōni, alij mali, alij medijs: bonis rectè adhibeantur quæ  
diximus procēmia<sup>i</sup>, medijs iusla<sup>k</sup> legum & vetita, malis denique ac-  
cusationes & iudicia. Quoniam igitur vniuersa iuris siue iusti & iniusti  
ratio hisce tribus continetur, bono & æquo, legibus ipsis, & iudicijs,  
è re, vt videmur, facturi sumus, si de singularum partium ratione ac  
modo, singulis quoque libris explicuerimus. Ac quantum quidem ad  
primam attinet, ex qua leges omnes ortus sui principatum ducunt,  
quæque potissimum in mente ac ratione sapientis ponitur, tria sunt in  
totum, quibus omnis eius ratio explicatur. Vnum est, vt, quid sit ipsum  
bonum & æquum, quid iustitia, quæ in voluntate collocata, omnium  
actionum humanarum finis est & domina, quas species habeat, quos  
ordines, quas partes intelligamus: Alterum, vt principia boni &  
æqui, quibus in ratione ac mente sedes est, teneamus: sunt enim ante-  
coptæ quædam<sup>m</sup> rerum informationes & præscriptiones in nobis,  
quæ ductu

quæ ductu & admonitu suo demonstrant, quid faciendum sit, quid non sit: Tertium denique, vt quid ipsa lex, & quotuplex sit, qualue partes habeat, quam formam, & materiam, exponatur: nam cùm lex ex principijs decerpta, & ad bonum & æquum directa, sit quasi se- pimentum eorum omnium quæ indè conficiuntur, æquum est, vt postquam de iustitia & iure, deque eius origine tractatum est, de illa quoq; tanquam vtriusque fundamento, sicut & in Pandectis <sup>n</sup> videre licet, explicetur. Et est hunc ordinem, tanquam aptum & ab ipsa na- tura præscriptum, secutus Plato. Is enim in altera suorum operum parte, (nam anterior tantum locos communes, ad mortem & vitam Socratis accommodatos continet) moribus & legibus informans ciuitatem, initium facit à iustitia, cuius vim & naturam totis de- cem libris perpurgat: Deinde vero in Timæo & Atlantico, partim diuina principia cum naturæ obscuritate, partim humana cum antiquitatis & rerum gestarum replicatione prosecutus, pergit tan- dem ad ipsam legis descriptionem, vim, & effectum, de quibus explicat in quatuor primis libris de legibus. Sed videamus ordine de singulis.

n. tit.de.Iust.&  
Iure.tit.de orig.  
Iuris.& 3. tit.de  
legibus.

## Q V I D I V S T I T I A.



IT Imperator<sup>a</sup>: IUSTITIA EST CONSTANS ET PERPETVA VOLVNTAS IUS SVVM CVIQVB TRIBVNDI. Quod dicitur constans & perpetua vo- luntas: genus illud demonstrat sub quo iustitia continetur: nā cùm duæ sint principes animi partes, ratio in qua insidet vis videnti veri ac falsi, & voluntas, quæ in prosequendo fugiendoque bondax malo cernitur: evenit, vt ex illis duabus partibus tanquam fontibus, virtutes omnes emânenent ac orientur. Et ex ea quidem parte quæ con- sulit & iudicat, primùm nascitur una maxima & præclarissima virtus sapientia, quæ in arce collocata, domina est & regina totius Rcipu- blicæ. Eam sequitur fortitudo, quæ in excelsi & infracti animi magnitu- dine posita, & in corde locum suum obtinens, nihil est aliud, quæ sciencia conseruandarum & confirmandarum opinionum, ut inquit Plato, quanquam Aristoteles, qui magis ad communem usum & po- pularem quam ad limandam subtiliter veritatem, in omnibus his in quibus à Platone discedit, accommodat orationem, paulò aliter sentiat. Postremo loco exoritur temperantia, quæ in inferioribus partibus constituta, et per totum animum leniter diffusa, est scientia tempe- rationis et modestiæ, quæ quidem hoc efficit, vt et subditi sine querela iusta facete, et principes sine insolentia præesse sciant et imperare: Ex illa vero parte, quæ expetendi et fugiendi naturam habet, quæque voluntas dicitur, unica tamè ducitur virtus, quæ iustitia nominatur, sed cuius tamè dignitas est & maiestas, ut eum nullo certo loco circunscripta sit, sed per omnes animi partes æquabiliter distributa, sola cum tribus reliquis conferri et comparari possit. Nam rationi nisi adsit

a §.j. Inst. de  
Iust. & Iur.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

voluntas, quæ ad rerum obscuriorum inquisitionē impellat: animositati motus quidā ac impetus, qui ad rē strenuē fortiterq; gerendā cohorteatur: appetitioni propensio quædā & inclinatio, quæ ad cōtinenter ac modicē viuendū sit proclius: totū porrò id quod superest, nihil est aliud, q̄ nuda quædā, quā vocat, potentia, quæ oībus suis viribus & actibus destituta, nihil sua sponte, nec moliri potest, nec agere. Quēadmodū igitur vt ad rē redeā, tres illę primę virtutes, in eā animi partē gen⁹ suū reiiciunt, in qua lumē rationis inest & intelligētiæ: ita iustitia in eā se refert, quæ liberę volūtatis et arbitrij particeps est. Atq; hoc est quod dicitur: iustitia est voluntas. Et quod additur C O N S T A N S E T P E R P E T V A : illò porrò spectat, vt nō aliter pro vera perfectaq; volūtate accipiatur, quām si ad habitū, et stabilitatē absolutā perfectionemq; sit deducta. Nam quēadmodū ea quæ calore quodā, et impetu animi peccantur<sup>b</sup>, nō ponuntur in vitijs: ita nec ea per cōtrariū in virtute haberi oportet, quæ adolescentiū more, repentino quodā ardore animi, quasi vēto recte fiunt: nō enim, vt vulgō dicitur, vna hirūdo facit ver, nec dicendus est reuera temperans, qui se in vna aliqua libidine contineat, cùm in alijs interim plerisq; omnibus se effundat. Ergo hoc de genere. Quod porrò sequitur: I U S S V V M C V I Q V E T R I B V E N D I : propriā vim ac naturā iustitiae continet. Nam quemadmodum animus intelligentia, voluntate, & memoria constat: item ratione, animositate, & cupiditate: deniq; naturali facultate, vitali, ac animali: ita Respubl. quoq; quæ ad hominis imitationem est expressa, ad gubernandum<sup>c</sup> habet principes, pontifices, sapientes: ad tuendum<sup>d</sup> se, rectores, milites, agricultores: ad cōseruandum matrimonia, dominiorum distinctiones, & commercia: estque in ijs proprium cuiusq; ius, proprium cuiusq; munus & officium in Respubl. collocatum. In hoc autem iure tribuendo digerendoque, ideo dicitur cōsistere propria facultas iustitiae, quoniam eius solius beneficio fit, tunc, vt omni confusione sublata, ad eas quisque res tenendas ac moderandas velit accedere, ad quas à natura compositus est & formatus: tunc vt postq; distinctio ac distributio facta est, intra suos quisque limites manere<sup>e</sup>, & ab ijs quæ ad aliorum territorium & iurisd. pertinent, mon grauare abstinenere velit. Atque hæc quidem cùm assequitur ciuitas, recte dicitur in vera perfectaque sanitate constituta: quemadmodum singulariter & corpus illud, in quo vnumquodque membrum suo fungitur officio, & ab ijs quæ aliorum sunt ad se deriuandis ac traducendis abstinet. Nec velim nunc à me quæri, diuinamne an humanā iustitiam adscribam: describo enim perpetuam illam & sempiternam speciem formamque iustitiae, quæ vnius tantummodo est modi, quæque licet subinde per res diuinas, subinde per res humanas transfundatur, eadem ratione semper & vbiique perseverat. Prætoreà cuius tantus splendor est maiestatis ac decoris: vt ad eam solam, omnes vitaæ actiones, omnes leges, ac iudicia, tanquam ad ultimum suum finem & terminum, referantur: quæisque solius obsequendæ gratia, omnes vbiique Respublicæ, omnes populiq; & gentiū societas coadunatæ sunt & constitutæ. Ita enim iudeos, et pagani homines, subsidiorum vita<sup>b</sup> querendorum annulari,

b. 1. quod calore  
ff. de reg. Iur.

c. §. vlt. Inst. de  
Iust. & Iur. l. 1. §.  
huius studij. ff.  
de Iust. & Iur.

d. 1. ex hoc Iure  
ff. de Iust. & Iur.

e. l. 1. ff. de vsu  
cap. c. hoc iure  
viiij. dist.

f. 1. bona fides.  
ff. depos. §. vlt.  
Inst. de his q̄ sūi  
vel al. Iur. f.

g. c. si seculi 12.  
q. 2.  
g. arg. §. ius aut  
gen. Inst. de Iure  
nat.

gratia magis quam virtutis, primum omnium in unum conuenerint: tamen procedente tempore, et docente visu, animaduersum est, sine virtute & iustitia, sine certis & descriptis legibus, nullam omnino Rempublicam fundari, nec si fundata sit, vlo modo retineri & in suo statu conseruari posse. Ex quo quidem porrò intellectum est, non ad viuendum modò fabricatos & in lucem editos esse homines, verum & ad piè, honestè, & rectè viuendum, imò nec optandam penitus eam vitam, quæ nō sit cum sanctitate & iustitia coniuncta: quibus quidem rebus effectum est, vt licet parandæ querendæque vitæ prima hominis cura fuerit, tamen post deinde multi, non solum singuli homines, verum etiam integræ nationes & populi existenterint, qui spreta illa communi vita, in voluntariam sese mortem, & exitium dederint, religionis, fidei, & iustitiae tuendæ tanquam ultimi finis causa.

t. c. quo fut.  
vij. dist.

## DE SPECIEBUS IUSTITIAE.



I V D I T V R autem Iustitia quinque ferè modis: Primò distribuitur in duo genera: Aut enim est generalis & absoluta, quæ & vniuersalis dicitur: aut specialis, quæ particularē nominant. V N I V E R S A L I S est ea, quam in superioribus definiuimus omnium virtutum restrictem & moderatricem. Nam illum demum iustum simpliciter appellare solemus, qui omnibus de quacunq; re legibus obtemperans, virtutum omnium præsidio munitus & tectus est. P A R T I C U L A R I S est, quam Plato popularē vocat & vulgarem, quæ solo eo contenta est, quod nemini vel in communi vita, vel honorum ambitione, vel amplificatione pecuniae noceat, censeturque cum reliquis, tanquam pars quædam & membrum virtutis. Et intuemur quidem in vniuersalem, in totius semper Reipub. descriptione: nam qui salutaribus legibus fundaturus est ciuitatē, nō ad unum aliquod bonum collineare debet, quo scilicet vel bellicis solū laudibus excellat, vel modestiam tantū & sobrietatē vitæ colat, vel diuitijs & rerū omnium copia & libertate affluat Respublica: sed illā animo virtutē ac iustitiam concipere, & ante oculos sibi ponere debet, quæ totum chorū virtutum comprehendens, omnem vitæ dissonantiam auferat, & pulcherrimum, quendam ac diuinissimum totius ciuitatis concentum,<sup>a</sup> inducat. Præterea vtimur vniuersali iustitia in regum & principum institutione, qui quidem non solum armorum & rerum militarum scientia decorari, sed virtutis etiam & iusti ac iniusti cognitione muniri <sup>b</sup> debent. Eaque propter Persarum regibus, post percepta prima iuuentutis rudimenta, quatuor solent adhiberi, qui pædagogi regij vocarentur: quorum unus pæcepta prudentiæ, alter iustitiae, tertius fortitudinis, ultimus temerariæ traderet. Iam verò in ipsarum legum enodatione, dictu mirum, quantum momenti habeat, absolutæ vniuersalisque iustitiae contemplatio. Nam cùm multa sint in omni legum latione, quæ si sola per se posita nudaque considerentur, iniqua penitus videtur & absonta: et tamen, si ad vniuersalē Reipublicæ formam & imaginem reuocentur, facile pro iustis & equis probari possunt. Ad popularē particularēq; iustitiam respicimus

<sup>a</sup> d. i. bona fl. des. c. cū deuotissimam. xij. q. ij. Plato in j. de ll.

<sup>b</sup> h. i. pœmid Inst. 1.j. in pœc. C. de Iust. C. eo. firmam.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

c 1. Iurisgētū. q.  
pacta. ff. de pact.  
l. j. ff. de dol. mal  
q. j. Inst. vi bon.  
rapt. toto titul.  
de eo quod vi  
met. causa.

d l. ff. ad l. Cor.  
nel. de s. car.

e 1. semper. ff. de  
lur. immunit.  
f 1. non omnes.  
ff. de re milit.  
g 1. ff. de con-  
trah. empt. arg.  
l. ij. C. de relin-  
den. vendit.  
h l. si seru' g. ter-  
tio ff. ad l. aquil.  
i. c. i. iudicijs. de  
reg. Jur. in vj.  
k c. ecce 39. di-  
stinct. c. qui re-  
sistit. xi. q. s.  
l 1. nulli. C. de  
summa trinit. &  
fid. cathol.  
m 1. munerū. &  
l. z. ff. de muner.  
& honor.

n 1. in re. C. max.  
dax.  
o 1. plerique. ff.  
de in ius voc. ill

p § . j. Inst. de  
his qui sui vel  
al. Iur. sunt.  
q 1. in suis ff. de  
lib. & posth.  
r 1. vlt. C. de im-  
pub. & al. subit.

respicitaus in ijs rebus, in quibus de negotijs & rationibus priuatim pu-  
blicē contrahēdis agitur: cuiusmodi sunt rerum & pecuniarum com-  
mercia, honorum & dignitatum distinctiones, quotidiani conflictus, &  
si quæ sunt similia, à quibus fraudē<sup>c</sup>, vim, raptionē, cedēta, & alia eius-  
modi semper abesse oportet. Verūm hoc intelligetur melius, si subse-  
quēs diuīlio, quæ ex isthac efflorescit, explicetur. Est autem huiusmodi:  
Iustitia particularis vel est commutatiua, (vt communi & usitato verbo  
loquar) nomen trahens à commutationibus rerum & commercijs: vel  
distributiua, cui nomen ab honoribus & dignitatibus distribuendis est  
collatum. COMMUTATIVA est, vt rem planè & apertè secundum  
Platonem explicem, quæ ad æqualitatem arithmeticam reducit. Nam in  
emptione ac venditione, nihil spectatur aliud quam precij & mercis in-  
ter se collatio. In homicidio nihil interest, seruū ne an hominem liberū  
occideris: quantū enim ad l. Corneliam de sicarijs<sup>d</sup> attinet, omnes ho-  
mines sunt æquales. DISTRIBUTIVA est, quæ ad parilitatē sive pro-  
portionem geometricam reuocat: si enim honores conferendi, aliae di-  
gnitates conferuntur<sup>e</sup> senioribus, aliæ iunioribus, aliæ doctis, aliæ indo-  
ctis: si poena exigēda, nō oēs inquit<sup>f</sup> Arrianus desertores similiter puni-  
ēndi sunt, sed habetur ratio & ordinis, & stipendiorum, & gradus  
militia. Vtimur autem cōmutatiua in cōtrahendis vltro citroq; & nego-  
tijs, in dāmnis<sup>h</sup> resarcendis, in iudicijs, & in omnibus ijs quæ simpli-  
eiter & absolute per se dijudicari & examinari possunt. Distributiua  
adhibemus ad<sup>k</sup> honores, poenas<sup>l</sup>, munera<sup>m</sup>, & vt uno verbo dicā, ad illa  
ōia, quæ natura sui ex ipsis vel personis vel rebus apta sunt & dependen-  
tia: quæ quidem in singulis magis intellectu percipi, q̄ locutione in  
vtiluerum exprimi, & in generales regulas includi possunt. Iam verò  
Iustitia alia est politica, alia verò œconomica. Politica generalis est, & ad  
totā ciuilem communitatem pertinens: œconomica propria cuiusque  
familia: nam quia unaquæq; ciuitas ex pluribus in vnum p̄detentim  
confluentibus familijs iungitur, & alia ratio est singularū partium, alia  
totius: consequenter necessarium est, vt alia sint per quæ in commune  
consulatur, alia verò quæ singulis domibus & familijs profint, inter quæ  
illa potissimum est differentia, vt ciuile magis in æqualitate, domestica  
in dominatione sint posita. Usus verò vtriusque sic discernitur, vt regu-  
lariter quidem communem ciuilemque iustitiam sequamur, sed in non-  
nullis tamē speciebus domesticam magis quam ciuilem probemus, idq;  
sue res spectemus sive personas. Circa res<sup>n</sup> est traditum vnumquemque  
rei suę moderatorem esse ac arbitrum, dominum suam cuique tutissimum  
esse refugium<sup>o</sup>. Circa personas ex stat ius quod vocatur maritale, item  
quod paternum, & tertio quod herile. Maritale est, quod inter coniuges  
exercetur, veluti cùm queritur de nuptijs, de dotibus, de donationibus  
inter virum & vxorem, de iure mariti, de diuortijs et repudijs, deq; alijs  
pertinentiis quæ passim sese offrant in Republica. Paternum est, quod ha-  
bemus in liberos nostros, qui<sup>p</sup> vel in sua potestate sunt constituti, vel  
manu sacrisque nostris suppositi, quos olim vendere atque etiam oc-  
cidere licet, quiq; adeo<sup>r</sup> vna et eadem nobiscum censemur persona:  
vt nec

DE IURIS ARTE, LIBER PRIMVS. 5

vt nec<sup>a</sup> in lite contra nos consistere, nec quicquam bonorum à rationibus nostris separatorum posidere intelligantur. Herile est, quod aduersus eos competit, qui operam nobis & ministerium suum exhibent: qui sunt vel<sup>b</sup> mercenarij, vel<sup>c</sup> proprij serui, tum ordinarij, tum vicarij: de quibus tam frequens incidit vbique mentio, vt nihil sit necesse exemplis eam rem facere lögiorē: Tantum illud opus est, vt exquisito iudicio discernamus, quibus locis hac, quibus contra illa negotium dirigi oporteat: nā ex eius rei ignoratione tatus error cōsequitur imperitorū & etiā leuiter eruditōrū hominū, vt quē in portū se recipiat, scire nō possint. Quarta diuisio iustitiæ est, in naturale, & ciuilē iustitiā, ex qua proficiuntur differentia, inter possessionē<sup>d</sup>, obligationem<sup>e</sup>, acquisitionem<sup>f</sup>, rationem<sup>g</sup>, cognitionem<sup>h</sup>, naturalem & ciuilem. Est autem naturalis iustitia, voluntas tribuendi, quod cuique secundum naturam debetur: veluti cū parentibus honorem: libetis nostris victum et alimoniam præbemus. Dico autem secundum naturam, duobus modis: Vno, cū id quod debetur, & naturale est, & constat naturali ratione, vt partum nostrum & foetum educare: Altero, cū id quod debetur, constat quidem naturali ratione, sed non est tamen naturale, veluti manumittere: nam vti liberalitatem eam exerceamus, suadet quidem naturalis ratio: verū illud ipsum quod facimus, nō est sua sponte naturale, quia iure naturali non est nota manumissio, cū seruitus sit<sup>i</sup> incognita. Præterea, ipsa quoque natura duplex est: Alia proficiuntur ex necessitatibus corporis, & est communis cū beluis: vt maris & foeminæ<sup>j</sup> coniunctio: Alia oritur ex mente ac ratione diuina: veluti Deum colere: parentibus & patriæ obediēre: contingitque s̄epenumero, vt vna ab alia dissidere, & inferior aliò, superior aliò ducere videatur, quemadmodum fit & in ijs quæ priori modo differunt, quod & valde notandum est. Ciuilis iustitia est, voluntas tribuendi, quod cuique secundum ciuilem autoritatem, & merā principis voluntatē debetur. Nam quemadmodū naturalis boni & æqui radicibus defigitur, ita ciuilis solo legislatoris placito continetur. Si enim quæras, cur septem potius quām octo<sup>k</sup> testes requirantur in vltimis morientiū voluntatibus: cur duo<sup>l</sup> magis quām sex anni propositi sint in exceptione non numerata pécuniae: vix est vt aliud quām midam legislatoris voluntatem & placitū adferre possimus. Sed cur tam variè inquires, cur non eodem vtimur in omnibus iure? Certè rerum varietas & diversitas, diuersas iuris formas peperit. Quedā sunt in humanis negotijs, quæ via quadā & ratione cōmodè ducūtur à principijs naturæ: quædā nihil minus, sed pertinent ad solius principis & legislatoris iudicium: quædam media sunt & ex vtrisque mixta, quæ & siuum nomine mutuantur ab eo, ad quod magis inclinare & propendere evidēntur: atque hoc est quod ab initio proposuimus, Ius esse artem diiudicandi, quid in quaque re bonum, q̄uid æquum sit, quatenus cuiusque natura patitur. In ijs spectatur solius naturæ vis ac bonitas, quæ directè pertinent ad naturæ vel conservationem vel dissolutionem: quæque manifestam habent iusti & iniusti rationem, vt vim vi repellere: id pati fieri, quod alijs prodesse potest, nobis autem non nocere: hoc enim

*suggerit*

s. 1. lis nulla. ff.  
de Iud.

t. 1. idonei. ff.  
de testib.

v. §. serui. Inst.  
de Iur. pers

x 1. i. §. dejci-  
tur. ff. de vi & vi  
armat.

a. arg. l. pupil-  
lus. ff. de act. &  
oblig.

b. §. singulorū  
Inst. de renū di.

c. §. 2. Inst. de  
nupt.

d. § vlt. Inst. de  
legit. agn. tut.

e. §. 1. Inst. de  
libert.

f. §. 1. Inst. de  
Iur. nat.

g. l. veluti. ff. de  
Iust. & Iur.

h. §. 2. Inst. de  
testament.

i. l. vlt. C. denō

num. pec.

k. 1. vt vim. ff.  
de Iust. & Iur.

l. 1. 2. §. idéva-  
rus. ff. de sq.  
pluu. arcend.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

suggerit æquitas, inquit Paulus, etiā si iure scripto deficiamur. Et si autē in hoc genere inter ipsos quoque iureconsultos sēpe, vt dixi, existat quēstio, ad inferiorem naturam referenda res sit, an verò ad superiorem <sup>m</sup>: tamen usus & exercitatio facilē docet, quid in quaue re sequendum sit, quid non sit. In illis autem ad ciuilem authoritatem & legem configimus, quæ indifferentia dicuntur Philosophis: veluti cùm de testium numero queritur, in mancipationibus, stipulatiōnibus, testamentis: de certa quantitate pecuniarum in pœnis & multis: de annis usucaptionis, & non numeratae pecuniae, in dominijs & commercijs: deque alijs consimilibus infinitis, quæ seipsa facilē produnt. Medijs generis sunt, quæ habent quidem naturalem quandam æquitatem in se, reluentem, sed eam non tam momentosam, vt per se sine administriculo legislatoris sufficiat ad necessitatem obseruationis imponendam. Nam exempli gratia, facere promissa iustum quidem est & naturæ consentaneum <sup>n</sup>: sed tamen si nudum est pactum conuentum, nulla nascitur <sup>o</sup> actio, nisi per legem adiuvetur <sup>p</sup>, & in vnum coēant naturalia pariter & ciuilia iura, quo casu siquidem plus proficitur à voluntate legislatoirs quam à natura, totum negotium dicitur legitimū: veluti in stipulatione. Si per contrariū plus à natura, minus à lege, naturale: veluti in actione cōstitutoria, in emptione & vēditione, in locato & conducto. Illud hoc loco obiter annotandum, quo tandem scilicet modo fiat, vt cùm omniū ciuitatum & populorum leges in tanta dissensione & varietate videantur constitutæ, re ipsa tamen conueniant inter se & quasi conspirent. Nam si in ijs cosentiant, quæ ex primis naturæ seminarijs & cœptibus delibātur, nihil prohibet quo minus omnes iustæ rectæq; dici possint, licet discrepent in alijs, quæ voluntatibus hominum & affectionibus gubernātur. Nam etiam in homine, si adspicias ad veram & interiorem eius naturam, nullum unum uitium est simile, quam homo est hominis: sed si ad externos mores, & externa corporis lineamenta respicias, tanta est varietas, vt ne vnum quidem ex omnibus seculis par hominum memoretur, quod non aliqua nota distingui & dignosci potuerit. RESTAT vt de iure & æquitate non nihil differamus: Nam quinta & ultima in hoc ordine descriptio est, vt aliud strictum ius dicatur, aliud bonum & æquum. STRICTVM illud vocamus, quod directo, sine vlla circuitione, & ad lineam (vt ita dicam) ostendit, quid in quaue re amplectendum sit, quid repudiandum, solam veritatem & cognitionem ob oculos habens. Quemadmodum enim mathematicus, montium, urbium, & regionum interualla demonstrans, rectam duntaxat dicit lineam, nihil admodum curans, viarum ac itinerum ambitus ac anfractus: ita etiam restricti & summi iuris ratio, prætermisla commoditate agendi & exorcendi, in id solum intuetur, ad quod à ratione & intelligētia deducitur. BONI & æQUI diuersa natura est: nam nimia illa scrupulositate iuris & subtilitate dissimulata, id solum sequitur, et ad id se accommodat, quod in medio versatur, quodque actus hominum et vitam ac mores instruit, non aliter atque haec solent: qui cùm

m. 1. in rem. ff.  
decei vend.

m. 1. ff. de cō-  
stit. pec.  
o. 1 jurisg. §. sed  
cum nulla. ff. de  
pact.  
p. 1. legitima.  
ff. de pact.

qui cùm intelligunt recta via nauigari non posse; explorant, quibus circuitionibus factis, quibusque scopulis, arenis, & breuibus vitatis, ad destinatum locum queant peruenire. Atque ita quidem manifestò quoque intelligitur, non ad alium quidem finem in iusto exquirendo, ad alium in bono & æquo spectari: sed hoc tantùm interesse, vt illud natura sui ad veritatem limandam sit directius, hoc ad rès aptè gerendas accommodatius: ita tamen vt vtrunque vtriusque sit particeps. Nam regulariter certè tanta tenentur inter se se coniunctione<sup>q.</sup>, vt alterum ab altero ne nomine quidem sciungatur, & omne quod iustum est, idem quoque simul æquum, & è conuerso quod æquū, idem quoq; iustum dicatur. Sed existunt nonnunquam causæ, quæ faciunt, vt aliud in iure esse videatur, aliud in benignitate: quæ quidem in vniuersum sunt duæ. Vna est, cùm res subiecta tam obscuros & absconditos habet explicatus, vt secundum communes iuris regulas nihil possit constitui, quod non falsum confessim reperiatur<sup>r.</sup>: tunc enim ad exitum inuenientum necessarium est, vt æqui & boni ratio ineat: quæadmodū vsu venit in ijs, quæ insolubilia, in se redeuntia, præpostera, asystata, intricata vulgo dicuntur: veluti in hac stipulatione duobus separatim facta: Si fundum<sup>s.</sup> Tusculanum illi non dederis, mihi dare spondes? Altera causa est, cùm negotium iure quidem consistit & definiri potest: sed ob causam aliquam id fit ponderosius quod æquum bonum est, quā quod iustum, veluti in Publiciana<sup>t.</sup>, Seruiana<sup>v.</sup>, & alijs eiusdem exempli. Nam in ijs si merum ius sequare, non facis quidem alienum à recta ratione: sed tamen si cum benigni iuris momentis ponderes, tot partibus inuenitur ab eo superari, vt res ipsa statim doceat, hoc potius, quam illud eligi oportere. Præterea quoque si subtilior & scrupulosior est iuris ratio, quam communis vitæ usus desiderat, regulariter probatum est, simplicitatem<sup>x.</sup> magis quam difficultatem sequi: & hoc est quod sæpe admonent Consulti nostri, *τι πλάτων*<sup>y.</sup> & *πατριώτες της οἰκουμένης*<sup>z.</sup> siue crassâ Minerua negotium esse diiudicandum. Quemadmodum & in illis speciebus, in quibus ex nimis stricta iuris obseruatione, leges omni vi, effectu, & potestate sua spoliantur: tunc enim id potius debet valere, quod appetius, commodius, & vt sæpe ponitur in legibus, utilius<sup>a.</sup> est. Idemque obseruatur, si durior ac inhumanior euadat iuris interpretatio, quam satis est, quamque legumlationis liberalitas patitur: nam in his casibus, hoc potius ducimus, quod humanitate quadam & benignitate temperatum & quasi conditum<sup>b.</sup> est. Nec enim omnia sunt ad viuum resecanda, sed ad cōmunem hominum vtilitatem, quantum fieri potest, referenda, adhibita tamen semper diligentí cautione, ne per inanem æquitatis speciem decipiatur: nam sæpe fit, vt nonnulli, dum<sup>c.</sup> nimis lenes, mites, & benigni videri cupiunt, laxi potius & remissi, quam iusti & boni euadant. Illud etiam atque etiam respiciendum est, vt ne quid aut durius aut remissius constituatur, quamcaausa depositit: quia non aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quamque res expostulat, statuendum<sup>d.</sup> Hæc ergo de varijs iustitiæ speciebus.

q. vid.not.in l.  
j. ff. de iustit. &  
Iur. Arist.lib. 5.  
Eth.

r. 1. qui quadra-  
ginta. ff. ad l. fal-  
cid.

s. 1. Tittus. ff. de  
verb. oblig.

t g. nāque. Inst.  
de act.

v. g. itē Seruia-  
na. Inst. de act.

x. g. ceterum  
verbi & hęc. Inst.  
de legit. agnat.  
success.

y. 1. in hac. ff. de  
cōdict. tristac.

z 1. quā tubero-  
nis. ff. de pecul.

a. 1. 1. g. pen. ff.  
de act. & oblig.  
1. 4. g. si is qui. ff.  
de verb. oblig.

b. 1. si tibi. ff. si  
cert. pet. l. placit  
it. C. de iud.

c. l. si seruū. g. se-  
gur. ff. de verb.  
oblig.

d. 1. respiciēdū.  
ff. de poen.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE GRADIBVS IVSTITIAE.



V N T nonnullæ aliæ differentiæ, quæ mediocritate magis & ordine sive gradu, quam specie distinguuntur. Sic enim

dicimus iustitiam aliam diuinam esse, aliam humanam.

Et est quidem **D I V I N A**, quæ virtutes perfectas, & omnibus numeris absolutas requirit, & vitia non solam ipsa tollit, verum etiam illecebras omnes & occasiones vitiorum: veluti cum præcipitur ne resistere quidem malo, non iurare<sup>a</sup>, nullam habere curam futurorum, cum nonnullis alijs. **H V M A N A** verò, quæ solis honestis actibus contenta, id existimat cumulatè perfectum, in quo media quædam officia comparent, quodque est sine manifestario ac aperto scelere, licet ipsarū radicū particulæ quædam & quasi fibræ in animis remaneant. Atq; vtimur hac humana, in cōmuni vita, quæ circa rerū dominia, circa cōtractus, circa iudicia, circa honores versatur. Nā quia nō viuitur cū perfectis hominibus, sed cū imperfectis, nō potest fieri, vt id apud populū, & circa res populares obtineas, quod rectū, perfectū, & plenū<sup>b</sup> est. Sic nāq; dicimus cogitationes poenā<sup>c</sup> non mereri, non nocere conatum, si cum nullus sit sequutus effectus. **D I V I N A M** iustitiam adhibemus ad ea, quæ ad verum Dei cultum, & ad ipsas religionum sanctitates pertinent:

Quanquam enim M. Varroni sit quædā Theologia quæ ciuilis dicitur, hoc non tam de ipsis elementis & principijs diuini officij, quam de alijs quibusdā cum eo cohaerentibus est accipiendum. Si de Dei, vt ita dicā, natura: si de Fide, si de Sacramentis tractetur: nihil connueri oportet, nihil, ne apex quidem vnum, immutari. Cæterū si de iureiurando<sup>d</sup>, de diuortijs, de fœnore, de castitate, de concubinatu, alia res est: Nam in ijs & similibus videndū, non solū quid rectum & iustum: verū etiam quid in populis probari, & obtineri possit: Item quid temporū<sup>e</sup>, quid locorum diuersitates, quæ vtique in ijs dominantur, quibusque adducti, multa post mutanda facimus, suadeant. Nam alioqui qui intempestiū, & inidoneo loco, exactissimā illā vitæ rationem inducere studēt, plus nocere plerunq; Reipub. q̄ cōmodare et prodesse credūtur<sup>f</sup>.

**D I V I D I T V R** etiā iustitia in internam, & externam. **I N T E R N A** est, quæ iubet, vt ne quis in aliū minūs quā seipsum sit animatus. **E X T E R N A** permittit proprijs commodis<sup>g</sup> seruire, modò id fiat sine alterius damno & iniuria. Quantum ad usum utriusque attinet, Philosophus eam præcipue colit, & ad usus suos adiungit, quæ animalium informat ac mentem. Ciuilis verò legumlator ut plurimum iudicat secundum ea, quæ foris apparent, & quæ manibus teneri ac prehendi possunt. Dico autem ut plurimum, quoniam in multis speciebus non satis est abstinere ab iniuria, verū etiam oportet prodesse si possis: veluti si de publica salute ac incolumente tractetur<sup>h</sup>: si in extrema necessitate socius constitutus & collocatus<sup>i</sup> sit: si sine ullo tuo detrimento ac molestia, valde alij prodesse & commodare<sup>j</sup> possis. Iam verò & iustitia alia inchoata est, alia perfecta.

**P E R F E C T A** est, quæ recta sive plena dicitur, & nihil requirens.

Inchoata

a. vid. c. eti  
Christus, ext. de  
iureiur.

b. c. denique. 4.  
dicit.  
c. 1. cogitatiois.  
ff. de pœn.  
d. l. 1. in si. ff.  
quod q̄sque iur.

e. d.c. eti Chri  
stus.

f. c. vt cōstitue  
retur. so. dist.

g. d.c. denique.

h. l. in causz.  
g. idē Pōpo. ff.  
de minor.

i. 1. si q̄s fortē. ff.  
de pœn.  
k. l. 1. §. inde a  
gitatū. ff. ad l.  
Rhod. de iact.  
l. 1. 2. §. itē Va  
rus. ff. de ag.  
pluu. arcend.

INCHOATA, quæ rudit adhuc & impolita, contenta est mediocritate officiorum, in quibus eluent principia quædam & adumbrationes virtutum. In plerisque sufficit eum vitæ curlum tenere, qui mediocris sit, & igniculus quosdam & significationes virtutum habeat, licet progressiones non ita magnæ adhuc factæ sint. In nonnullis ea requiruntur quæ absoluta sunt, & plenè cumulatæque perfecta. Exstat apud Plotinum & reliquos qui à Platonis familia manarunt, & alia diuisio, quæ quadripartita est, & omnes tres superscriptas amplectitur: Statuunt enim virtutes, alias Politicas, alias Purgatorias, alias Purgati animi, alias Exemplares. Et sanè quemadmodū totus huius mundi complexus, siue sit adspectabilis, siue inadspetabilis, sic est diuisus, vt Infima eius regio cedat primis corporibus & rerum omnium elementis. Secunda diuinis ignibus, & illi, quam quotidie tuemur cœlesti descriptio: Tertia diis & dæmonibus, qui perpetua supremi numinis luce circumfusi, humanarum rerum curam & procreationem sustinet: Quarta denique ipsi architecto, & supremo rerum omnium opifici, & gubernatori Deo: ita etiam virtutes, quæ ex ipsis mundi plagis & ordinibus desumuntur, partim cōmunes sunt & populares, quæ illam sapientiam pariunt, quæ carnalis Diuo Paulo dicitur, & huius mudi: partim naturales ac Philosophicæ, & nonnihil supra vulgi captum positæ, ex quibus nascitur sapientia animalis, quæ & principum huius mundi vocatur: partim diuinæ & cœlestes, quæ supra naturam collocatæ, gignunt eam sapientiam, quæ spiritalis dicitur: partim denique primæ ac summæ, cum quibus coniuncta est ea sapientia, quæ totum hoc vniuersum perpetuo suo nutu ac numine moderatur, cuiusque solius participatione oia illa, quæ vel sensu accipiuntur, vel prouisione mentis et per motione prehenduntur, bona fuit & iusta. Si queras, in quibus casibus hæc, in quibus illa præponderare debeat, partim è supradictis intelligi potest, partim longo vsu & consuetudine arripiendum. Nam quemadmodum generalem formulam constituere perfacile est: ita omnia quæ vel in sensum vel intelligentiam nostram cadunt comprehendere, lögè difficultum. Verum vt boni ratiocinatores negotiorum esse possimus, & addendo deducendoque videre, in quam speciem partemū iusticiæ quæque res cadat: capienda est consuetudo & exercitatio, quæ quidem non solum agendarum in Republica, verum etiam intelligendarum rerum magistra est & domina.

## DE PARTIBVS IVSTITIAE.



ARTES iustitiae sunt in vniuersum duæ: Vna quæ auocat nos & detrahit à malo: Altera quæ hortatur et exsuscitat ad bonum. Et mali quidem, vt de eo prius dicam, duplex via est. Vel enim ea pars animi laborat, in qua inest vis rationis & intelligentie: vel ea, in qua insunt motus & iactationes appetitionis. Anterior genus, vitium animi appellatur: Posterius, morbus. Tunc autem grauiter leſam, & valde vitiosam dicimus ciuitatem, cum errore, & ea-ram rerum ignoratione vagatur, quæ ad bene beateque viuendum per-

c iii tinent.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

tinent. Quod quidē vitium ut euitetur, constituti sunt in ciuitate, qui  
 auctoritate <sup>a</sup> publica populū, & in quo maximū est momentum, iuuen-  
 tutem doceāt, & rationē ad veritatem reuocantes, errores illi omnes, quo  
 ad eius fieri potest, eripiāt. Illi verò capitales sunt, & maximam partem  
 sceleris aggrediuntur, maximoq; digni sunt <sup>b</sup> odio, qui cùm nullam verę  
 rectęq; scientia partē attigerunt, spretis legibus, se solos veritatis & sci-  
 entia magistros profitetur. Plato inscitiā eorum duplē vocare solet,  
 quę quidē si verbis & disputatione Philosophorū curari nequit, vincu-  
 lis<sup>c</sup> & carcere fatigari, & publicorū iudiciorū seueritate coērceri debet.  
 Quantū attinet ad ea peccata, quę in cōsuetudinū prauitate cōsistūt, tri-  
 plex est ratio. Quədā spōte cōtrahūtur, & vocātur voluntaria: Quədā  
 inuitē, quę nec volūtaria dici possunt: Quədā tertio quodā modo, quę  
 media, & inter vtrūq; genus interiecta licet appellare. Volūtaria sunt, in  
 q̄bus fraus inest & dolus, cuius tantū est vbiq; <sup>d</sup> odiū, vt ne vnuis quidē  
 toto iure ciuili casus reperiatur, in quo fraudulosa machinatio, quę qdē  
 ad rem pertinet, maneat impunita. Nec volūtaria, vel externam habent  
 causam vel internā: Externa, semper et indistincte merētur excusationē:  
 pā si ventorū fortē vi quis raptus, damnū dederit, nullo dicitur nec sce-  
 lere, nec facinore obstringi<sup>e</sup>. Interna, non eandem habent rationem:  
 nam ignorantia facti, et si v̄ plurimū vacat culpa, non nunquā tamen  
 cūenit, vt in reprehensionē & crimen incurrat: veluti si res atrocior sit:  
 si exēplo noceat <sup>f</sup>: si is qui deliquit, ipse sibi accersiuit malū, vt ebrius <sup>g</sup>.  
 Plerunque tamen vt dixi, quod per errorē facti committitur, fortunæ  
 magis & fato, quām ipsis hominibus imputatur <sup>h</sup>. Qui medio quodam  
 modo peccant, partim affectu & inconsiderato quodam impetu, veluti  
 ira, metu, misericordia turbati & extra se positi, delinquunt: partim cul-  
 pa & negligētia. Quę priori modo fiunt, leuiora & venia subinde dig-  
 na<sup>i</sup>: quę posteriori, grauiora, quasi cogitatō magis & cōsultō commissa  
 iudicantur <sup>k</sup>. Atque hęc de illa parte iustitiae, quę abducit nos & auellit  
 à malo. I A M illa verd pars, quę ad bonum aliquod allicit & inuitat, tri-  
 bus membris distribuitur: Vnū, mētis est & animi, cùm scilicet aduersus  
 Dęū sanctitas, erga hoīes liberalitas, in defunctos pietas, in toto animo  
 prudētia, fortitudo, tēperantia, & iustitia exercetur. Secundū, corporis  
 cū publicis certaminibus & exercitijs<sup>l</sup> propositis, id curāt legūlatores,  
 vt robustā, integrā, sanā, bene formatā & in omni genere exagitata habeāt  
 iuuētutē. Tertiū deniq; fortunę, cū de pecunia populi & possessio-  
 nib<sup>m</sup> tractatur: cū honores, dignitates, munera, triūphi decernūtur ijs, qui  
 p̄clara & nōbilia virtutū exēpla, in Rep. cōstituerūt. Sed iā mihi sat̄ vis-  
 dēor dixisse, quantū qdē instituta breuitas patitur, de fine iurisprudētiae,  
 iustitia. Illud tantū arētē teneamus, & iterū atq; iterū vt meminerimus,  
 oportet: in omni deliberatione, semper ad aliquā horū partē circūspici-  
 endū, & quasi collineādū esse. Nisi enim quis iustitiā & omniū virtutū  
 chorū p̄e oculis habeat<sup>n</sup>, nō potest fieri, vt nō eū ęstus appetitionū ab-  
 sorbeat, et nūc his, nūc illis opinionū fluctibus obruat et impellat. Hoc  
 solo scopo proposito, potest demū obtineri perfectissimū illud ciuitatis  
 genus, quod sapientia, cōcordia, et rerū necessariarū copia cōstat. Idque  
 ita scriptū

a. c. i. de magist. in clem.

b. c. cūm secū-  
 dū. ll. §. bona. de  
 heret. in c.

c. I. manich̄os.  
 C. de heret. I. z.  
 C. ne sac. bapt.  
 reit.

d. I. Iuris gēt. §.  
 dolo. §. de pact.

e. I. in lege. § ad  
 I. Cornel. de sic.

f. I. si q̄s aliquid.  
 ff. de poen.

g. I. omne deli-  
 ctū. §. per vinū.  
 ff. de re milit.

h. I. z. C. ad. I.  
 Cornel. de sicar.

i. I. quę calore  
 ff. de reg. Iur.

k. I. aut facta. ff.  
 de poen.

l. I. qua actione  
 §. si quis ff. ad  
 aquil.

m. qd̄ si Ephesi.  
 §. in summa. ff.  
 de eo quod cert.  
 loc.

ita scriptum reliquit Deus ille Philosophorum Plato, quem & Aristoteles & Cicero sunt sequuti, ex quibus alter studijs doctrinę, alter regēda ciuitate princeps fuit. Quorū porrò vestigijs insistentes, nostri iuris consulti sua illa præclara nobis monumēta tum respōsorū tū disputationū reliquerunt, quę quidē sine aliorum lectione habent quidē ad incitandū satis, verū ad exactā iuris artē cōstituendā, nō omnino satis. Sed nos subinde ad Philosophos, subinde ad Iurecōsultos respectātes, damus operā, vt si non plenam & perfectam, saltēm adumbratā quandam & extremis lineamentis circumscripatam iuris artem, approbante Deo, proferamus.

n. 1. cū qdā. ff.  
de lib. & posth.  
1. munerū. §. mi-  
xtra. ff. de mu. &  
hon.

## DE PRINCIPIIS IVRIS, ET EORVM DIVISIONE.

**D**inceps veniēdū est ad eā partē instituti sermonis, quę fontes & principia iuris cōtinet. Nam haud satis est finē & scopum, ad quę contendas, cernere, nisi simul etiā viam & rationē teneas, qua eō posses peruenire. Certè quēadmodū suprascriptū de iustitia caput, pulcherrimos habet explicatus de natura voluntatis humanarū: ita prēsens, in quod nunc ingredimur, luculenter appetiet nobis vberrimos illos mētis & intelligētū fontes, quorū cursus et scaturigo tā latē manat, vt omnes iuris & iudiciorū cāpos irriget. Nihil est, nō dico in iure ciuili, sed nec in tota humanitate, quod ita nobis enundat, quātā vim rerū maximarum humana mens possideat, cuius muneris colēdi & efficiēdi causa nati & in lucem editi sumus: atq; hēc de principijs & origine iuris tractatio, cuius tāta dignitas est, tātaq; sētētia, vt prēter hoc quod sūmā adfert liberalib⁹ ingenij voluntatē, vel sola sine alijs perfectū iurecōsultū efficere possit. Sed venio ad ipsā expositionē prīcipiorū, de quibus priusq; dicere aggrediar, patefaciā paucis fontes illos & scaturiginēs, è quib⁹ hauriri & deriuari debēt. Primū de illo nemo dubitat, quin homo, & tota humana natura, ciuilis sapiētię sit subiectum. Nā quo modo ouiū, boum, caprarū rectores: eodē etiā ciuitatū et rerū publicarū gubernatores, apud Homerū, pastores appellātur. Quemadmodum itaq; is qui pecori p̄futurus est, p̄stionē, nutriciā, foeturā, breuiter totā eius indolē cognitā habere debet: ita etiā eū, qui populos tēperatur⁹ est, tū animi sui complicatā notionē euoluere, tū quę totius humani ingenij cōditio sit, ante oīa inq̄rere & tentare oportet, & ex ea totius vitę quasi ceptus & semina inuitamētaq; colligere. Verū vt ad eā v̄sq; cognitionē peruenias, necessariū porrò est, vt aliarū quoq; maximarū rerū & artiū sciētia tinctus sis & imbutus. Quia enī homo ad totius vniuersi formā factus & expressus dicitur, op' est, vt ad eius naturā exq̄rendā, in vniuersū mundū, qui oīa cōtinet et coērcet, intueare. Et ea propter summus ille legillator Moses, et vt Panētius dicere solet, Homer⁹ Philosophorū Plato, quos ambo sequutus & interpretatus est Iudeus Philo, suā legumlationē orbi sunt ab ipsius orbis & nature principatu. Quin & altius atrollēda est cogitatio. Nā cū Dei Opt. Max. effigiē, dedicatā in nobis & quasi consecrata habeamus: cui dubium esse potest, quin, siquidē & nos et mundum hunc intelligere, velimus, ad ipsum fabricatore et rerum omniū opificē Deum adscendere debeamus: quę quidem si tota mente prehenderimus, inueniemus

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

inueniemus profecto, non umbras rerum & simulachra, sed ipsas primas formas & species, quae Ideæ nominantur: quæque impressæ ac consignatae in animis nostris, efficiunt illas perpetuas commendationes ac præscriptiones naturæ, quæ anticipations & communes notiones vocari solent. Atque hæc est causa, cur Moses, Plato, Zaleucus, Charondas & alij ab ijs Theologi, & veri rerumpublicarum fundatores, libros suos ordiantur ab ipsius boni, & diuinæ mentis explicatione: cui deinde subiiciunt, tum mundi totius originem & processum, tum hominis, qui quasi nodus est omnium, vitam & mores: nam his tribus, ut iam dictum est, perceptis, nihil est facilius, quam porrò de reliqua legumulationis parte, si modò usus aliquis accedat et exercitatio, iudicare. Sed de primordijs, ut redeat, unde deflexa est, oratio, & incunabulis principiorum, satis. Nunc autem ipsa, quæ ex ijs fluunt, principia, tripartitæ diuiduntur, idque ad similitudinem rerum naturalium: vel enim sunt vniuersalia, vel generalia, vel particularia. **VNIIVERSALIA** voco, quæ per omnē omniō naturam sunt diffusa, siue ea sit animata, siue inanima. **GENERALIA**, quæ propria sunt animaliū, & ad eorum naturas accommodata: siue ea sint mente ac ratione prædicta, siue bruta. **PARTICULARIA** denique, quæ singulis rebus & actionibus, veluti nuptijs, tutelis, testamentis adhibentur: nam totidem ferme sunt principiorum particularium, quot sunt negotiorum & actionum humanarum, genera. Sed hæc de vniuersis, nunc de singulis.

## DE VNIIVERSALIBVS PRINCIPIIS.



a. arg. c. non  
factis se dist.

b. §. Iuris Inst.  
de Iust. & Iure.

c. 1. ut vim. §.  
& cū. ff. de Iust.  
& Iur. l. seruus ff.  
de ser. export.

Niuersalia principia, vel primaria sunt, vel secundaria. **PRIMARIA** sunt duo: Vnum<sup>a</sup>, vt ea, quæ mala sunt & noxia, fugiamus: Alterū, vt quæ bona sunt & salutaria, prosequamur. Nam omnes res ac naturæ sic à primordio sibi ipsæ sunt commendatae, vt ea, quæ dissolutionem minantur, reformidet: quæ conseruationem pollicentur, amplectantur & ambiant. Atque est id ita quidem comparatum, ex ipsa totius vniuersi constitutione, quæ pro parte mentem boni omnis inuentricem: pro parte necessitatem depulricem mali, habet authorem. Et ideo, si quis non insubtiliter, tum in totius iuris, tum in singularum legum vim & rationem inspiciat, reperiā nihil extare, quod nō, vel mali alicuius declinandi, vel boni consti- tuendi causa, sit introductum. **SECUNDARIA** præcepta sunt <sup>b</sup> tria, Honestè viuere: Alterum non ledere: Ius suum cuique tribuere. Ideo autem illo nomine funguntur, quia quemadmodum primaria feruntur ex primis totius naturæ fontibus, mente scilicet & necessitate: ita ista secundaria, nascuntur à secundis, voluptate nimirum & dolore. Ex illis inter se mistis & confusis, exoritur cupiditas & amor, ut est apud Platonem, qui duplex est. Si æquabilis & temperata est commissio, progeneratur diuinus ille & coelestis amor<sup>c</sup>, qui ad liberalitatem, beneficentiam, pietatem, charitatem patriæ, benemerendi referendaque gratiæ studium, & ad participandum alium cum alio, nos inuitat: quicque omnium communitatū &

& consociationum inter homines , causa est , et quasi vinculum . Si contra sine iusta proportione et modo , fiat commissio , procreatur ille amor , qui terrenus dicitur , quique homines in sui ipsius admirationem rapiens , omnem confessum amicitiam disrumpit , & humana pariter ac diuina peruerit . Etenim inferiorem animi partem , illecebris voluptatum , et libidinum titillatione pertentat , et à virtute detorquet . Superiorem , irarum flammis , et contentonibus ac ambitionibus honorum accendit . Vtramque simul ita opum & pecuniarum cupiditate contrahit & inflammat : vt homines , nullius amplius coniunctionis & amicitiae memores , eos , quos tutari debent , desertos esse patiantur , & nihil amplius studij , operæ , facultatum , in medium afferentes , in illo se solum collocent , vt cuique suum detrahere , sui emolumenti gratia , & omnes omnium vtilitates ad se traducere , & ad usus suos adiungere , possint . Ut ne igitur hæc & huiusmodi eueniant , & tota hominum communitas inter ipsos euertatur : sapientissimè collatæ sunt nobis , tres illæ suprascriptæ præceptiones , quæ in animis nostris inclusæ , foeditatem omnem turpificatæ mentis & labem auferunt , & in rationis ac doctrinæ tanquam gyrum deducunt . PRIMVM præceptum , eam animi partem contrahit & coercet , quæ alacritate nimia gestire , & in omne genus cupiditatum effusior esse solet , curatque ne quid in ciuitate libidinosius aut dicatur , aut fiat . SECUNDVM ad eam refertur , quæ supra modum excandescere , & insolentiùs sese iactare consuevit , per quod etiam fit , vt iniuria , dolus<sup>e</sup> , fraus , rapina , vis omnis ac violentia cohabeatur . TERTIUM denique , caput ipsum malorum omnium avaritiam aggreditur , prohibetque ne aut paitionum & fidem quis deserat , aut falsa<sup>h</sup> instrumēta testamēta supponat ; aut dominiorū proprietates subuertat , aut alio tandem quouis modo , in res & possessiones alienas inuoleat , & aliorū spolijs suas facultates , copias , opes augere & amplificare contendat . Et sanè cùm primaria illa duo præcepta , rationis compotem animi partem , in qua prudentia & perspicientia verisolertiaque inest , instruant : hæc tria secundaria , sic videntur constituta , vt ad tres reliquias virtutes inducendas , comparatae videri possint . Quod enim dicitur Honestè viuendum esse : nihil aliud , quam temperantiam , modestiam , verecundiam , continentiamque significat . Quod Alterum non ledendum : excelsi ac inuicti animi magnitudine , & humanarum rerum contemptionem , requirit . Quod Suum cuiq; tribuendum : iustitiam ipsam desiderat , cuius vis & potestas in hominum societate tuenda , tribuendoque suum cuique , & rerum contractarum fide , cernitur . Præter autem hæc duo genera principiorum , nulla alia reperiuntur , quantum quidem ego iudico , quæ vniuersalia recte dici possunt .

- d. l. sedisimā.
- l. et si libidine.
- C. ad l. Iul. de adult.
- e. l. elegater. ff. de dol. mal.
- f. l. exflat & tog. tit. ff. de eo qd' vi met. cauf.
- g. l. i. ff. de cōst. pec. c. i. ext. de past.
- h. toto tit. ff. & C. ad l. cornel. de fall.

IOACH. HOPPERI PHRISII IC.  
DE PRINCIPIIS GENERALI-  
BVS DIVINIS.



**E**NERALIA præcepta tripliciter diuiduntur: vel enim diuina sunt, vel naturalia vel externa. **D I V I N A** dico, quæ principem animi partē, quæ mens vocatur, obtinent, suntq; homini, cū dijs immortalibus cōmunia. **N A T V R A L I A**, quæ ex inferioris animi & corporis temperatura emergunt, & tam beluis quodammodo, quām hominibus insunt. **E X T E R N A** tandem, quæ foris & ex accidenti adueniunt, & subinde cœlestem, subinde terrenam hominis partem afficiunt. Nam si ipse homo, mente constat, vita & rebus externis: item mundus, alias est diuinus & inadspetabilis, alias cœlestis, alias terrenus & corruptioni obnoxius: cui dubium esse potest, quin & ipsa principia, quæ ex illis arripiuntur, & excipiuntur extrinsecūs, totidem quoque numero esse debeant? Primū autem videndum de diuinis, quibus vitam & mores formamus, quæque duo habent prima summaque rerum agendarum capita. Prius est<sup>a</sup> vt Deum Opt. Max. amemus, ex toto corde nostro, tota anima nostra, tota mente nostra, & totis viribus nostris. Posterius<sup>b</sup>, vt alios vbique homines, non minore benevolentia, quām nosipso, comprehendamus. Ad hæc duo principia redeunt omnia, quæ vel Mosaicis tabulis, vel gentium & populorum legibus, vel Philosophorum & sapientum placitis, continentur. Qui puram perfectamque religionem suscepit, non potest<sup>c</sup> non à corporis obsquo indulgentiaque discedere: & voluptatem, ac dolorem, sicut labem aliquam dedecoris, vñā cum tota carnis societate, ejerce. Qui sic est affectus aduersus totum genus humanum, vt non alios coniunctos & populares, alios peregrinos & ignotos ducat, sed omnes æqualiter pro fratribus ac germanis colat: is nunquam committet, vt vel superbiū se gerat, vel alijs præponat, vel aliud idemque quid agat, quod contra boni viri officium, & communem vice tranquillitatem & coniuctum esse<sup>d</sup> videatur. Quid multis? non peccabit vñquam in villam partem, nec in vlo officio clauderabit, qui hisce duobus muneribus subornatus, in vita deget: non indigebit alijs virtutum & vitiorum præceptis, quibus ad omnes vitæ usus & partes sibi prospiciat. Hisce enim duobus, omnia inclusa & inscripta sunt, quæ tota passim natura, vel inueniri, vel etiam extogitari possunt. Sed quoniam tamen tanta est humani iudicij corruptio & caligo, vt omnia quæ rebus insunt, ingenij sui actie peruvadere, & in lucem eruere sua sponte non possit: factus mihi videor operæ pretium, si ipsius Dei præscriptionem in<sup>e</sup> De calogo sequutus, paucis exposuero quinque illa præcepta, quæ ex primo à nobis proposito principio, & item altera quinque, quæ ex secundo, profisciscantur. Ad Dei amorem in animis nostris conciliandum, primū opus est, vt cum agnoscamus: deinde, & verum eius

a. c. quæ contra  
g. dist. c. si is qui  
ii. q. j.  
b. c. debet ho-  
mo. 23. q. 4.  
g. charitas. de  
pœn. dist. 2.

c. g. charitas de  
pœn. dist. 3.

d. d. g. charitas.

e. c. meretrices  
32. q. 4.

cultum

cultum teneamus: Tertio, ut eos, quos diuinis honoribus affici voluit, quoque tanquam vicarios sibi constituit, non ignoremus. Quantum ad primum attinet, illud omnium mentibus, qui modo non immunes sunt, & hominem ex homine exuerunt, infixum, & quasi inscriptum est, esse aliquem cœli & terræ Regem, qui suo nutu felus cuncta regit ordinibus torqueat, cuiusque vi, natura, ratione, potestate, numine, bona omnia procurantur ac fiant. Atque hoc prescriptio tam est illustris, tamque clare micat in animis nostris, vt nulla vñquam gens, neque tam bera, neque tam barbara fuerit, quæ non eius admonitu, ad religionem, si non prefectam, saltē aliquam, semper sit commota. Et sane, si veri rerum ponderatores ac estimatores esse velimus, legum omnium & rerum publicarum fundamentum, in eo solùm & consistit, vt putemus semper nobis præsentem Deum, qui omnium nostrarum non solùm actionum, verum etiam cogitationum, testis sit, & arbiter. Nam si quis forte talis reperiatur, qui vel propter immanitatem Cyclopum more, vel sua sapientia confusus, Gigantea quadam audacia, religionem omnem respuat, & non ipsius numinis arbitratu, sed cæco & fortufo casu, omnia volui & ferri existimet: non potest fieri, vt non is, impunitate proposita, & sublato suppliciorum meatu, si modo id fructuosum sibi fore putabit, leges omnes neglegat, ac perrumpat, & sui compendij lucrative gratia, totam communitatem & coniunctionem hominum peruerat. Præterea, etiam si quis Deum aliquem esse quidem arbitretur, sed errore lapsus eum pro Dœ colat, qui non est: non poterit tamen cultare, quia in summum rerum omnium periculum & discrimen, ducatur. Nam si, quemadmodum à sole lumen oculorum haurimus, sic ab uno solo Dœ, veri videndi cognoscendique facultatem aceipimus: quo tandem pacto ad veram instituendæ capessendæque Reipublicæ rationem ac normam perueniet ille, qui ingenij & mentis aciem, diuinis illis, & æternis radib⁹ non habet illustratam? Imò vero per contraria, necessarium est, vt altissimis infirmitate tenebris circumfusus, nunc his, nunc illis opinionum vanitatibus impleuratur, & quod ei consequens est, ad omne genus flagitijs, turpitudinis, sceleris, libidinis, vt author est Dipus Paulus, & ad miserrimum tandem & certissimum interitum, detrudatur. Ut ne igitur huiusmodi quid accidat, & animi nostri, certis propositis notis, & indicijs, liberari errore possint, & dijudicare quis reuera Deus sit, quis non sit, pulchrè dicitur initio decalogi: EGO SVM IHSO  
VTH DENS TUVS, QVI EDVXI TB DE TERRA AEGYPTI  
TQ DEDOMO SERVITVTIS. NON HABEBIS DE  
US ALIENOS CORAM FACIE MHA. Ille quippe solus Deus est, qui contra omnem ordinem & progressum naturæ, aquas in sanguinem conuertere, fructus terre, inductis ranis, vermis, insectis, & locustis, consumere, aërem fulguribus, tonitru, & grandine turbare ipsum solis lumen, inuestire tenebris, et pere oia passim animalia.

dij cum ho-

f. i. vt erga .  
de iust. & iur.

g. i. inter claras.  
C. de sum. trin.  
& fid. cathol.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

cum hominibus ipsis, vel ulceribus affligere, vel morte multare potest.  
 Ille se dominum & rerum omnium principem ostendit, qui vandas  
 maris ad transitum prebendum sistere, & in speciem murorum deducere,  
 qui aquæ amarorem injecto ligno mitigare, qui panem & co-  
 turnices de cœlo mittere, qui de petra fontium scaturigines, & aqua-  
 rum perennitates elicere, qui hostem numerosum exiguis, vel potius  
 nullis copijs, fundere & fugare potest. Haec igitur sunt evidenterissima,  
 & ipsa meridiana luce clariora ligna, quibus ipsum Deum, & primum  
 terum architectum, agnoscere possimus, quod primo loco diximus  
 necessarium. Iam autem, quantum pertinet ad verum syncerumque  
 cultum, tres sunt in uniuersum gradus, quibus totus continetur. Unus  
 est, animi & mentis: Alter, oris & orationis: Ultimus vita & mo-  
 rum, de quibus singulis, singula sunt prodita præcepta. Menti &  
 cogitationis proprium est, diuinam substantiam & maiestatem suspi-  
 tere, admirarique in ea, primas illas rerum adspectabilium species,  
 quæ Ideæ sive formæ dicuntur, quæque longissimè absunt ab omni  
 contagio corporis, quemadmodum & ipse Deus, quem omnes in-  
 stinctu naturæ scimus, non corporis, sed mentis tantum oculis cerni &  
 coli posse. Atque hinc quidem ex contrario licet estimare, quam longe  
 lateque aberrent à vero Dei cultu, quamque grauiter aduersus eum de-  
 linquant illi, qui numen illud ineffabile, & quod ne mente quidem  
 capi potest, in rebus hisce fragilibus, & solos sensus commouenti-  
 bus, querunt. Ut igitur ab illa nobis caueamus, & ad puram per-  
 fectamque diuinæ maiestatis contemplationem erigamus, rectè dici-  
 tur in decalogo: NON FACIES TIBI SCULPTILE, NEQ; V  
 SIMILITUDINEM EORVM, QVAB; SVNT IN COELO SVR  
 SVM, NEC QVAB; VNQ; V; IN TERRA DEORSVM, NEC  
 QVAB; VNQ; V; SVNT, IN AQUIS & VBTVS TERRAM, NON  
 ADORABISILLA. NEQ; V; COLES. Si enim tres sunt cuiusque  
 rei formæ: Diuina, qualis est in homine animus, qui perpetuus & esse-  
 tiaz reuera particeps est: Humana, quale corpus, quod diurnum,  
 & ab omni essentia non omnino alienum: Assimulata, qualis umbra  
 sive imago, quæ momentanea est, & nullam, ne minimam quidem di-  
 uinæ essentiaz particulam possidet: si inquam haec tres sunt cuiusque  
 rei figuræ, quæ potest quæso maior iniuria offerri, quam si negle-  
 ctio & ultrò repudiatio animo, inanem umbram quis arxipiat, & vt est  
 in fabulis, nebulam pro lunone colat. Non potest profecto fieri, vt non  
 statim omnis religio in contemptum abeat, vtque passionum & iuri-  
 urandi fides conseruetur, apud eos, apud quos huiusmodi portenta, vel  
 potius monstra deorum recipiuntur. Ergo primum diuini cultus præ-  
 ceptum est, vt in veram Dei substantiam insipientes, toto cum, quod  
 dicitur, pectore amplectamur, & ad intima diuinæ maiestatis et essen-  
 tiaz penetralia contendamus. Iam autem secundum est, vt cuius mente  
 sumus contemplati substantiæ, eius ore et oratione sapientiæ, nomenque  
 sanctum celebremus, et in vulgus profreamur. Nam cum sermo nihil sit  
 aliud, quam imago quædam, et vt ita dicam, faboles mentis: non potest  
 fieri, vt qui

h. c. idolola-  
tria. 28. q. i.

i. d. c. idolola-  
tria.

freti, vt qui animū habeat, diuinarum cogitationū nectare, inebriatum: non gestiat & exultet subinde gaudio, & in carmen aliquod diuinum, diuinumque sermonem prorumpat: qua re, non dico in terris, sed nec in omni coelo, florentius quidquā aut præstabilius, aut etiam magnificientius inueniri potest. In hoc tam diuinum præceptum, directo pccant illi, qui sanctissimum Dei nomen, vel ore scelerato execrantur, vel periurijs suis ac mendacijs alijsque impiajs, falsis, ac futilibus rebus profanant. Nam tantum inest rei sua spqrte scelus, vt animus vel sola talium hominum mentione cohorrat, & natura, non tantum prolationem, verum etiam auditionem reformidet. Ne igitur tale quid committatur, sed omnia potius laudum genere, nomen Dei cumuletur, ordine ponitur in decalogo: **N O N A S S U M E S N O M E N D O M I N I D E I T V I I N N C A N Y M**, quod quidem præceptum sequuntur nostri legumlatores, sanctissimè, & ad Rem publicam stabiliçdam saluberrimè lanciuerunt: poenis omnibus, & supplicijs obligari eos, qui vel <sup>k</sup> periurijs vel magicis susurris, vel iudicis, vel fabulosis, vel alijs deniq; vanis & inanibus rebus, mentionem Dei Opt. Max. adiungunt. Atq; hæc secunda lex, de diuina officij cultusq; ratione. Nunc vero tertia pœnæ est, vt cuius substantiam mente honorati sumus, cuiusque sapientiam verbis collaudavimus: cuius virtutē insuper & bonitate admiremur, & quod vere amantis est, quoad eius fieri potest, re ac factis imitemur. Hoc enim illud ipsum est, quod absolute perfectumque culsum efficit, quodque consummato ferè operi, apicem & extremam manū imponit. Illum autem revera dicimus diuinarum rerum admiratione compoueri, qui ab alijs omnibus feriatus, in carum tantummodo contemplatione defigitur. Illū vero imitatorem diuinæ virtutis & bonitatis, qui subinde in actione & negotio, tum diuino, tum humano versatur, subinde in ymbra & otio diuinae tranquillitatis & quietis delitescit. Nam quemadmodum Deus, cœcum ac terra fabricans, postmodum interquievit ita etiam nos, certo laborum dimenso ac iuvaere peracto, otium capessere, & ad diuinæ machine considerationem cum gratiarum actione nos conuertere, debemus. Ad eam utique rem, datæ sunt à natura, requies & laboris, somni & vigiliarū, vicijs, studiis: indequæ præceptum est, vt certis festis ac ferijs constitutis, intermissiones laborum & quasi pausa quædam, siue respirationes sint inductæ, hocquæ ipsum tandem est, quod præscribit decalogus. **M E M B R O V T D I E M I S A B B A T I S A N C T I F I C E S : S E X D I E B V S O P E R A B E R I S , E T F A C I E S O M N I A O P E R A T V A ; S E P T I M O A V T E M D I E , S A B B A T V M D O M I N I D E I T V I E S T .** Violant autem grauiissimè præceptum istud, qui omnino se remouent à negotijs, & ad diuum perfugunt, nihil curantes nec diuni nec humani, nihilque in commune conferentes, nec studij, nec opere, nec facultatum. Præterea, qui non otium persequuntur quidem, sed turpibus, avaris, & ambitiōs studijs involvuntur, quiq; in tantum sese occupant, ut nullas à rebus suis ferias aut intermissiones facere possint; cum eadem iniustitia conflictantur. Nam illa res visque ad pragreditur, vt suis assiduo laborebus altercentes, nec somni quide

d iii tempus

k. Vid. not. in L  
2. C. de reb. cred.  
1. si duo. §. vlt. ff.  
de iureur.  
1. 1. nullus. 1. co-  
rū. 1. multi. C. de  
malef. & math.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

tempus, quod naturaliter ad refectionem animi est indultum, liberum & tranquillum habent, nihilque vñquam, quod diuinum, magnificum, & amplum sit, admittentur ac agant. Quibus rebus sit, vt vel ad pastum & voluptates corporis abiecti, feri & immanes evadant: vel sua falsa futilique sapientia elati diuinorum operum & munierum fiant contemptores. Quod quidem peccatum, cum in apertam & manifestam Dei virtutem committatur: extremum est in malis, & tam alè in omni sensu, & tanquam venis medullisque animi implicatum insidet, vt nec ignibus vñquam exuri, nec vlla temporis dilaturnitate expurgari aut cui possit: adservetque tantam cladem rebus publicis, vt omnem earum statum & firmitudinem ab ipsis fundamentis confestim euertat, & leges omnes ac sanctiones, ita contumacia demergat. Hac de agnitione & vero Dei cultu. Ut autem quod tertium est, non ignoramus eos, ad quos diuinos honores adhiberi Deus voluit, quosq; sibi quasi vicarios in rebus humanis constituit: scire oportet, hominem partim aeterna & immortali quadam natura, partim vero fragili & in casu positâ, praeditum esse. Priorem autem ab illo hausit & arripuit, qui summa & princeps causa est omnium. Posteriorum ab eodem quidem, sed administris minoribus, vt loquitur Plato, dijs ac demonibus, tanquam naturalibus & medijs interiectis causis. Hi sunt pater & mater, qui nos in hanc lucem ediderunt: sunt patris & patriæ leges, quæ nos exceperunt: sunt magistri & doctores, qui nos erudierunt: suntq; alij permulti, qui uno eommuni nomine parentes appellantur. Hos autem omnes coli & obseruari, ideo Deus voluit: quia cum ortus nostri aliquam sibi parte in vendicent, cumque malis depellendis, & bonis adiiciendis, suū nobis officiu exhibeant: conueniens est, & ad gratiam huius officium pertinens; vt pro beneficijs acceptis, aliquid recipient, & in minorem, & tanquam corporatorum deorum numerum a nobis reponantur. Nam quemadmodū summo illi Principi, qui sempiterna & immortalia nobis confert, immortales: ita istis, qui caduca & mortalia largiuntur, mortales illę qdē, sed magnę tamē gratię debetur. Atq; hoc est, quod in extremo prioris tabule decalogi præcipitur: HONORA PATREM ET MATERM T V M, V T SIS LONGAEVVS SUPER TERRAM: Nam etsi primi parentis, hoc est Dei respectu, oēs inter nos aequales et fratres sumus, attamen intuitu ortus et occasus, alij alijs sunt superiores: et necessarium est, vt ad eos, si no diuinos, saltē quasi diuinos honores adhibeamus<sup>a</sup>. Nec potest fieri, vt vel ad ipsius Dei, qui videri non potest, religionem excitentur: vel in vlo vitæ officio diu permaneant qui eos, quos oculorum sensu quotidie comprehendunt, quosque omnium actionum suarum et negotiorum rectores habent, aspernantur. Plato è Titanum genere statuit eos, qui quemadmodum illi Ioui: ita maioribus suis, quales sunt parentes, domini, magistri, seniores, nobiliores, potentiores, et sibi in magistratus electi, arma contraria non verentur. Verum de ijs quinque præceptis, quæ ab illo principio, quod de Deo est, oriuntur, haec tenus. Nunc quantū ad illa, quæ ab eo, quod de rebus humanis est, profluunt, & altera

m. §. si vero  
exspectet. Au-  
th. de nupt. §. 2.  
Inst. de nupt.

n. I. semper ff.  
de iur. immun.

& altera apud Mosen tabula continetur, ante omnia præmonendum est; tanta homines coniunctione seu potius cognatione inter se teneri, vt nihil tota natura exstet copulatius: & adeò quidem, vt non solùm alterum alteri insidiari sit nefas, verum etiam vt unus aliquis per se saluus esse non possit, nisi omnes simul sint salui, qui mutuis vtrò citroque beneficijs dandis & accipiendis iuuentur. Atque id quidem cùm ita sit, consequitur porrò, nihil opus esse sciunctim de officijs aduersus alios, & sciunctim de ijs, quæ quis apud se præstatare debet, præcepta proponere. Nam vna & eadem planè est vtilitas vniuersusque, & vniuersorum: Vnum & idem debemus alijs, & nobis ipsis. Cæterum, cùm in eam partem magis, quæ alium, quam quæ nosipso attingit, peccare videamur: commodius & vtilius est, ad illa officia, quæ alijs quam quæ nobis exhibere debemus, sermonem dirigere. Constat ergo tota horum officiorum ratio, tribus in vniuersum ordinibus. Vno, rerū externarū & actionis in vita, quantū quidem ad cōmunem & popularē vitā attinet: Altero, rationis & orationis, quātū ad ciuilē: Tertio deniq; mentis & cogitationis, quantū ad diuinā & perfectā. Nam quēadmodū in supradictis præceptis paulatim fit progressio à diuinis ad humana: ita per cōtrariū, in his adscēditur pedetentum ab humanis ad diuina: vt scilicet sic fiat mutua vtrò citroq; connexio, et diuinorū cum humanis, et humanorū cū diuinis colligatio. In vita cōmuni & populari summū & maximū est, vt nos cōmunitatemq; nostrā viuere ac superesse velimus: ad eamq; rem, omnē operā ac labore nostrū, referamus. Nam qui sic se instituunt, vt pestē aliquā Reipublicæ adferant, patriāq; suā omni scelere lacerent: legē omnē humani generis produnt, suntq; ad eorū coērtionē, oīa legis Iulię P., Pōpeię q., Cornelię r., & aliarū infinitarū legū iudicia ex-cogitata: hocq; est, quod in secūdē tabulę p̄cipio edicitur: N O N O C C I D E S: quasi scilicet osores sint tū ipsius Dei, tū naturæ, qui vel se, vel alios perditos volūt: quiq; nō potius omnib⁹ semper curis & cogitatiōnibus in hoc incūbunt, vt quēadmodū prima naturæ data p̄cipiūt, viā inueniant, qua seruare mortales, & oībus vitę p̄fisijs augere possint. Hoc ergo primū. Secūdū autē in eodē ordine est, vt nō solū nos velimus esse, verū etiā in perpetuū supesse: estq; ea appetitio, naturaliter cōiuncta cū superiore. Nam id reapse vix esse dicitur, quod aliquē sui finē et terminū exspectat. Sed quoniā hisce reb⁹ inferioribus denegatū est, in eodē semper statu et loco perdurare: p̄curatū est à sumo Deo, vt maris et foemi næ coniunctione cōstituta, et p̄pagādæ sobolis cupiditate iniecta, per liberorū successiōnē quædā quasi ēternitatis species adūbretur. Ut igitur hæc ipsa procreatio et educatio prolis, recte et ordine pcedat, néue totū genus humanū vñā cū ipsis hominib⁹ intercidat, p̄positū est p̄ceptū: N O N M E C H A B E R I S: Et meritò quidem: quia nī vagus concubitus refūnetur, & certa nuptiarum matrimoniorumque iura describantur, non potest fieri, vt nullus omnino fœtus aut partus, propter cōfusōnē, proferatur: videnturque præsentem tum sibi, tum Reipublicæ occasum machinari, qui in huiusmodi tam foedas, tamque spurcas libidines proni ruentes, à nullis porrò generibus turpitudinum se reuocat: verū hoc de

o. i. vt vñ. ff. de  
luct. & iur.

p. ff. ad i. iul.  
ma.  
q. ff. ad J. Pōp.  
de parr.  
r. ff. ad l. cor.  
nel. de sic.

s. c. ius natur.  
lo. l. distincta.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

hoc de secundo præcepto. Tertium autem & ultimum est, ut quoniam nos, nostramque sobolem cōseruari, natura iubet & imperat, ea insuper paremus et conqueramus nobis, quæ ad eam rem destinata sunt à natura, & hominum generi tributa. Nisi enim pastum, cultum, latibula, supelle-  
& tilem, & alia similia habeamus, eaque sic posse dicamus, vt ab aliorum iniurijs & rapinis tuta sint: non potest fieri, vt non in dubio sit, vel societatis nostræ communitas, vel etiam ipsa vita. Et hoc est, ad quod tendit præceptum, **N O N F V R T V M F A C I E S :** Nam qui ad eum vitæ modum se componunt, vt ex aliorum spolijs suum lucrum & compendium querant, vtque alienas facultates & copias, quæ ad hominum usus, terræ fœtu profunduntur, ad se per dolum malum deriuent: non minori odio digni sunt, quam qui suprascriptis duobus modis delinquunt: Si enim communis vitæ ratio, partim coniunctione maris & foeminae, partim concordi & amico conuictu, partim rerum distinctione & commercio, continetur: cui dubium esse potest, quin rerum & commerciorum perturbatio, non minorem reprehensionem, quam conuictus, & matrimoniorū, incurrere debeat<sup>x</sup>? Sed hæc sufficiat dixisse de illis tribus principijs humanis, quam popularem hanc, & inferiorem vitā instruunt, quamq; irarum, libidinum, & auaritiae indomitas cupiditates & flamas restinguunt. Nunc sequitur de illo consortij humani vinculo, quod proprius naturam attingit humanam, quodque consistit in orationis & sermonis diuina facultate. Hanc constat ad nullam aliam rem, mortalium generi collatam esse, quam ad ciuilis societatis, & communem omnium hominum<sup>y</sup> salutem, idque siue sensum & conceptum animi nostri simpliciter explicemus, quemadmodum in communi conuictu fieri assolet: siue via quadam & ratione doceamus, veluti cum vel veras opiniones in animos auditorum infundimus, vel contraria, prauas, interrogationum quasi factibus admotis exurimus: siue denique in permouēdis & flectendis in omnem partem animis versemur, vtputa cum fusâ latius perpetua oratione, vel totum aliquem populum regimus, vel leges stabilimus, vel castigamus improbos, vel tuemur bonos, vel adhortamur ad decus, vel reuocamus à flagitio, vel facta deniq; ac consulta fortium & sapientum hominum, cum improborum ignominia, sempiternis (vt inquit ille) monumentis prodimus. Mirum profectò dictu est, quanta orationis vis sit & potestas, quantumque in regenda ciuitate, honoris illi, & dignitatis tribuatur. Sed quanto melior et præstantior est integra, tanto pernicioſior & detestabilior est corrupta, estque nihil in omni vita pestilenterius, quam si sermo hominum, & maximè quidem in iudicijs, in quibus potissimum veritas exquiritur<sup>z</sup>, cum vanitate ac mendacio sit coiuncta. Et eo quidem est quo pertinet præceptum illud: **N O N L O Q U E R I S C O N T R A P R O X I M U M T V V M F A L S V M T E S T I M O N I V M .** Nam si fides, id est dictorum conuentorumque constantia et veritas, fundamentum est naturaliter omnis iuris<sup>y</sup> et iudiciorum, nec quicquam est quod vehementius ciuitatem contineat: necessarium est, vt eo subtracto, omnis statim iustitia concidat, et totam deinceps totius Reipublicæ ruinā secum trahat. Superest ea pars, quæ intima et in abditissimo recessu

*e. huc pertinet. ff.  
de furt. vi bon.  
rapte. ad l. aquil.  
cum simil.*

*v. 1. laudabile.  
C. de aduocat.  
diuersiud.*

*x. C. plus valeat  
re qd agi. vid.  
not. in g. tā di-  
uus. Inst. de te-  
stam.*

*y. vid. l. r. l. Juris  
gēt. § pac. ff. de  
pac. l. r. ff. de  
loc. publ. fruēd.  
c. puenit ext.  
de iure iur.*

recessu mētis collocata est. Nam parum est populares virtutes et ciuiles obtinuisse, nisi philosophicæ quoque accedant, quæ ad arcem ipsam rationis ac intelligentiæ peruidunt. Summum igitur & absolutissimum, & ad Rēpublicam moderandam, ante omnia, vt probat Plato, necessariū præceptū est: vt ad sui ipsius cognitionē quisque accedat, nihil omnino appetens eorum, quæ aliorum vel naturis, vel facultatibus sunt apposita. Nam qui sic se componunt, vt se suamque naturam penitus explorent, necessaria quadam rerum serie, qua alia ex alijs necuntur, eò tandem perueniunt, vt videant nos eodem patre prognatos, omnes pares & similes esse, & nō tam rebus ipsis, quām stationum quibusdam interuallis, in hoc vitæ quasi præsidio differre: quibus perspectis, & illud porrò attendit, non solum contra officium, verum etiam contra naturam facere eum, qui maiore seipsum charitate, quām fratrem suum, cum quo unus & idem est, comprehendat: quique propria statione, quam communis Pater & Imperator assignauit, derelicta, in eas, quæ aliorum sunt, induat, & nunquam suo se pede, quod dici solet, metiat. Atque hoc est quod vult décalogus dū dicit: **NON CONCUPISCES DOMVM PROXIMI TVI, NON DESIDERABIS VXOREM EIVS, NON SERVVM, NON ANCILLAM, NON BOVEM, NON ASINVM, NON OMNIA QVAE ILLIVS SVNT.** Quasi scilicet signum sit intemperantis animi, & non satis nec totam hominis naturam, nec se suamque ingenium intelligentis, affectare ea, quæ alijs sunt attributa, & à proprietati natura, tuim facultate sciuncta. Nam per contrarium, qui primum vniuersam hominis, deinde suam naturam pertentauit, ad omnia vitæ genera idoneus est & accōmodus. Quia enim totam hominis naturam cognovit, vtique intelligit, qua ratione homines priuatim publicè tractari, & pari semper pietate coli, debeant. Quia id, quod libi & alijs specialiter collatum est, animaduertit: non appetit, nec errore, nec cupiditate, aliena: sed suis contentus, & totus aptus ex se, suam (vt aiunt) Spartam colere & ornare nititur. Atq; his rebus, cū nō dico potissimum, sed solū cōstat Rēpublica <sup>z.</sup> efficitur, vt hoc præceptum, quo nos ipfos noscere iubemur, non solum intimum in homine, sed & in omni Rēpublica perfectissimum euadat. Vnde factum est, vt non homini alicui, sed Apollini Pythio sit adscriptum. Præterea, cū noscere seipsum nemo possit, nisi qui ad ipsius Dei, cuius homo circūfert imaginē, agnitionē adscēdat: recte quoq; possumus dicere, præceptū istud, tum conclusionem, tum nodum omniū præceptorum esse: vt pote quod perpetuo quodam et indissolubili vinculo, humana cum diuinis, et rursus diuina cum humanis connectat, et cunctarum virtutum, quibus Rēpublicæ rectio cōmetetur, quasi carmen efficiat. De diuinis igitur sive moralibus præceptis, hactenus.

z. §. Iuris præcepta, in verbis,  
suum cuique tri-  
buere. Inst. de  
iust. et iur. §.  
vlt. Inst. de his  
qui sibi vel al.  
iur.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE GENERALIBVS PRINCIPIIS NATURALIBVS.



Aturaliū siue humanorū principiorū ratio latissimè quoq;  
patet:nam quēadmodū ex superioribus dijudicamus , quid  
in quaq; re bonū, quid malū, quid vtile, quid inutile sit: ita  
ex istis intelligimus, quid in rebus possibile, quid impossibile,  
quid facile, quid difficile sit. Non esse alteri per alterū iniquā cōdi-  
tione offerendam <sup>a</sup>, non esse arma in acie abiijciēda <sup>b</sup>, non esse libidino-  
se & incōtinenter viuéndum, per moralis quidem philosophiæ principia  
probatur: Cæterū, quòd duo eandē rem in solidū possidere non pos-  
sunt <sup>c</sup>, quòd vini, olei, tritici non est vsusfructus <sup>d</sup>, quòd illa res eadē per-  
manet, quæ antiqua seruata specie, minimas suas particulas tātummodo  
mutat <sup>e</sup>, quòd incorporaliū non est possessio, nulla alia quā naturę nor-  
ma ac regula dignosci potest. Estq; horum principiorum tam magnus &  
frequēs in iure vsus, vt nullo modo perfecti iurecōsulti nomen sustinere  
possit, qui eorum cognitione non sit instructus. Nam quid ego nunc de  
Pericle dicā? qui quāntū ex hisce studijs ad regendā tenēdamq; rempu-  
blicam in forū attulerit, vulgō notius est, quā vt hīc plurib<sup>o</sup> cōmemora-  
ri debeat? Pleriq; quidē oēs ab ijs deterrentur, partim rei subiectę spino-  
sitate, partim quia lōgiusculē à cōmuni iuris & rerū forēsiū vſu recedere  
vidētur: sed nos pluribus exēplis ex omni passim iure ciuili petitis, par-  
tim id quod absconditū in ijs est & obscurum, illustrabimus: partim id  
quod remotum & longē positum videtur, propiūs adducemus, & quod  
prēcipuē querimus, ad iuris apices & subtilitates valde pertinere doce-  
bimus, interiorem de rebus naturalibus tractationem, ipsiſ vſo oportet  
Physicis, pro maiore parte relinquētes. Diuidam autem principia natu-  
ralia, si priūs aliquid dixero, tum de ipſa natura, tum de principijs rerum  
naturalium, & causis. Est autem natura nihil aliud, quām ordinarius re-  
rum cursus, qui à primo motore Deo ratis & certis ordinibus cietur,  
cuiq; oēs parēre & obedire necessariō debemus. Veluti cū dicimus, Se-  
cundum <sup>f</sup> naturam esse, commoda cuiusq; rei sequi eum, quem sequun-  
tur incommoda: naturalem rationem, authoritate senatus mutari non  
posse. Naturam nō pati, vt tu stare videare in eo loco in quo ego sto <sup>h</sup>.  
Per rerum naturam fieri non posse, vt filius patrem ætate antecedat, &  
si qua sunt similia, quæ communi rerum progressū incedunt. Cæterū  
si qua sunt, quæ præter illum ordinem & communem seriem accident, ea  
inter naturalia censeri non debent: sunt enim vel diuina <sup>k</sup>, vel  
monstra, vel ostenta <sup>l</sup>, vel portenta, vel casualia, vel fortuita, vel mira-  
cula, vel necessaria, vel fatalia <sup>m</sup>, vel voluntaria, vel artificialia, vel  
alia denique de genere eodem, in quibus longē alia habetur iuris ra-  
tio quām in naturalibus. Aliud enim est vi maiore, vel casmate rem  
amittere: Aliud naturali interitu <sup>n</sup>: Aliud monstrum edere: Aliud in-  
tegrum partum. Alia est conditio casualis: Alia potestatiua: Aliud for-  
tuito casu <sup>o</sup> vel compulso <sup>p</sup> necessitatis occidere: Aliud dolo ma-  
lo: Aliud ius patriæ potestatis in naturali filio: Aliud in adoptiō:  
Aliud

- a. I.nō deber. ff.  
de reg. iur.
- b. I.omne deli-  
ctū. §. qui ī acie.
- c. I. qui comeatus.
- §. i. ff. de re mili.
- c. I. 3. §. ex con-  
trario. ff. de ac-  
quir. poss.
- d. I. 1. ff. de vf.  
earū rerū que vf.  
cons.
- e. I. pponebatur.  
ff. de lud.

- f. I. secundū na-  
turā. ff. de con-  
dit. indeb.
- g. I. 2. ff. de vfuf.  
earū rerum.
- h. d. I. 3. ff. de  
acquir. possess.
- i. §. minorem.
- Inst. de adopt.
- k. I. si merces. §.  
vis maior. ff. loc.
- l. ostentū ff. de  
verb. sig.
- m. I. i. C. ad I.  
Cornel. de sic.
- n. I. cū res. §. fi.  
ff. de leg. i. I. si  
plures. §. fi. ff.  
depos.
- o. d.l.i.
- p. I. i. C. vnde vi.

Aliud tandem in omnibus non naturalibus: Aliud in ijs, quæ secundum certum naturæ ordinem & progressum accidunt, quod & diligenter annotandum est. Principia rerum naturalium in duas res dividuntur: Altera efficiens dicitur, nostri formam vocant: Altera quasi huic se præbens & qua efficitur aliquid, quæ vulgo materia vocatur. Illi, quoniam vis quædam inest mouendi & efficiendi, patris nomen est impositū à Platone: huic, quoniam materia, quæ accipiēdi & quasi patiēdi naturalē habet, matris. Atque ex his duobus initijs constituantur omnia, quæ vel corpora, vel qualitates quædam nominantur. Nam neque materia sua sponte cohærere, aut in certam figuram coalescere potest, nisi vi aliqua cōtineatur, à qua formam accipiat: neq; etiam vis ipsa esse potest, nisi in materia sit, in qua tanq; in subiecto h̄ereat. Enim uero ab his oriuntur multæ & variæ in iure disputationes, quæ sunt tum de forma & solennitate, in testamentis cōdecadis, in nuptijs contrahendis, in actionū & stipulationum formulis<sup>q</sup> concipiendis, in sacris: tum de materia & re subiecta, in mutuis<sup>r</sup> pecunijs, in vſufructu<sup>s</sup>, in acquisitionibus dominiorum, in iudicijs: tū de substātia, & ijs quæ adminiculantia sunt, in emptiōnibus & venditionibus<sup>t</sup>, in nudis pactis, in vltimis voluntatibus, in acceptilationibus<sup>v</sup>: tum denique de ortu & occasu, & vnius speciei in aliam transfusione, in stipulationibus perperām conceptis<sup>x</sup>, in codicillis, in negotijs contrahendis, in pactis de non petendo, & alijs similibus. Nam tota hæc ratio tam latè patet per vniuersum ius ciuile, vt nulla sit eius pars, quæ illa vacare, & sine eius cognitione perspici possit. Causæ rerum naturalium varias habent differentias & figuræ. Primum: Aliæ rem efficiunt, quemadmodum testator, & lex<sup>a</sup> tutores: Aliæ finem continent, vt persecutio eius quod interest, obligationis verborū<sup>b</sup>: Aliæ materiam præbent, vt in mutuo res fungibles<sup>c</sup>. Aliæ formā circumjiciunt, vt conceptiones verborum stipulationibus<sup>d</sup>. Præterea, Aliæ sunt generales, quæ multis speciebus accommodari possunt: Aliæ speciales, quæ vni tantū. Nam quod mulier nullū officiū publicū gerere potest, excludit illā nō solum à magistratu, verum etiā à iudicijs, intercessionibus, & alijs similibus<sup>e</sup>. Verum quod sine fraude filiofamilias mutuum dari nō potest, nihil aliud quam Macedonianū beneficium sub se<sup>f</sup> cludit. Quin etiā, aliæ sunt, quæ remotiores & lōgius posite dicuntur: Aliæ propinquæ. Nā actionis ex empto, propinqua causa est obligatio, remotior, cōtractus. Præterea, Aliæ propriæ sunt & ad suū effectū destinatæ: Aliæ impræcipiæ & ad aliud destinatæ. Cōdictio certi in mutuo, propriā & ad hoc directam habet causam: Cōdictio indebiti, nō propriā: nam qui dissoluēdi debiti gratia dat, ex accidēti & præter opinionē acquirit sibi obligatiōnē<sup>g</sup>. Iam verò, Aliæ sunt quæ opere pfecto cessant: Aliæ ppetuò adhærent rei quam efficiūt. Cōmodato semel cōtracto, nihil mutat cōtraria volūtas<sup>h</sup>: in Precario & societate, mutat<sup>i</sup>: Nā cōmodatū dās architecto, precarium musico secundū analogiā est similis: Porrò, Aliæ causæ sunt quæ suadent & impellunt: Aliæ, quæ cogunt & necessitatē ingerunt, Prioris generis est improbitas Calpurniæ, quæ causam dedit edicto de sublatiōnibus postulationibus mulierū<sup>k</sup>. Posterioris, imbecillitas sexus muliebris,

e ij ex qua

q. C. de formul. sub.  
r. 1. 2. §. i. ff. si cert. pet.  
s. §. constituit. inst. de vſuſ.  
t. 1. pacta. ff. de contrah.empt.  
v. 1. an inutilis.  
ff. de acceptilat.  
x. 1. si vn. §. vlt. ff. de pact.

a. §. permīssum  
Inst. de tutel.  
b. 1. stipulatio.  
§. alibi . ff. de verb. ob.  
c. §. i. Inst. qb. mod. re.  
d. §. i. hac. Inst. de verb. oblig.  
e. 1. i. ff. de reg. Iur  
f. 1. i. ff. ad māced.

g. 1. si is qui. §.  
ff. cōmod.  
h 1. i. cōmodato  
§. sicut. ff. com-  
modat.  
i. 1. i. ff. de pre-  
car. §. manet.  
Inst. de soc.  
k. 1. i. ff. de po-  
stul. simile in 1.  
i. ff. ad maced.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

I. si sine C. ad  
 senatuscōf. vel.  
 leian.  
 m. §. i. Inst. de  
 empt. & vend.  
 n. I. nec emptio  
 ff. de contrah.  
 empt.

ex qua natum est<sup>1</sup> S C. Velleianum. Ad hæc, Aliæ sunt principales, quæ propriè vereque rem efficiunt, vt de pretio conuentio emptionem & venditionem<sup>m</sup>: Aliæ, quæ naturam quidem efficiendi non habent, sed sine quibus tamen effici non potest, quæ adminiculantes dicuntur, vt res, sine qua nulla est emptio<sup>b</sup>: Deniq; Aliæ sunt vltimæ, siue summae, vltra quas nihil amplius quæri potest, vt cùm dicimus, salus populi, suprema lex esto: Aliæ Secundariæ, quæ ad alias supra se positas referri possunt, cuiusmodi sunt omnes quæ non sunt vltimæ. Nunc abeo ad ipsam distinctionem principiorum naturalium. Nam corum quædam ab ipso trahuntur vniuerso, quædam verò ab homine, qui imago quædam est, & quasi compendiū vniuersi. Triplex ferme est ille vsus, (exponam enim rem obscuram, populariter & illuminatè) quem totius mundi contemplatio suggerit. Primus est, vt quo consilio & ordine, seminator, fator & parés, &c, vt ita dicā, educator, & altor ille mūdi Deus, ex sua mente ac diuinitate mundū genuit: eodē quoque modo & exēplos putemus, has societas nostras & vrbes, à sapientibus viris tanquam minoribus quibusdā dijs, constitutas ac fundatas esse. Nam quis, queso, est omnium hominū, qui, si tam certos cœli motus, tam ratos astrorum ordines & traiectiones, tamq; omnia inter se cōnexa & apta videat, non intelligat diuinitus omnia regi & moderari? Quis est, qui si aëris vim & naturā adspiciat, quo modo vel terram imbribus augēat, vel annuas frigorum & calorū varietates faciat, qui si maris pulchritudinem & speciem, amoenitates orarū & littorū, genera animaliū, partim fluitantium, partim submersorum, partim ad saxa nativis testis inhærētium, antimaduertat: qui, inquā, non videat omnia ista quæ supra sunt et subter, formā quandam bene cōstitutæ Republicæ præ se ferre? Quis denique est, qui, si terram ipsam in media mundi sede locatam, & vndique in fere suis nutibus congregatam, vestitā floribus, herbis, arboribus, frugibus, intueratur, si fontium gelidas perennitatem, perlucidos amnium liquores, riparū vestitus viridisimos, speluncarum concavas altitudines, saxorum asperitates, impendentium montium altitudines, immensitas camporum, recōditas auri & argenti venas, si varia genera bestiarū, vel cicurū, vel ferarū, volucrū lapsus atq; catus, pecudū pastus attēdat, quis, inquā, est hominū tā stupidus & iners, qui, si in tātam rerū omniū magnificentiā, constantiā & ordinē inspiciat, nō existimet ipsorū quoq; hominum, quorū causa omnia sunt facta, Respublicas, & ciuitatū ac populorū societas, certa quadam ratione coniunctas & conflatas esse? Enim uero quemadmodū vniuersum hoc, partim à diuina mente, partim à necessitate profectū est: ita Respublica quoq; partim pietatis ac iustitię colēdæ gratia, partim vsu & humanis necessitatibus exigētibus, coaluit<sup>o</sup>. Ac ad iustitiā quidem tuendam pertinent principes, sacerdotes, sapientes, qui totam ciuitatem suis imperijs temperant ac moderantur, non aliter atque mūdi animus, qui ex ipsius Dei substātia decerpitus, vitā ac motū, qbus cuncta regūtur, à diuina mente accepit. Ad necessitates verò referuntur matrimonia, rerum acquisitiones, & earundem vtrō citroque commutationes: Nam quēadmodū per ortus & interitus vicissitudines, conservatur hæc

o: vid. notata  
 in c. its naturale  
 ad verbū coiunctioj. distinet.

p. §. ius autem  
 gēt. Inst. & iure  
 natur.

statut hæc vniuersitas, & in eodē quasi statu perseuerat ita in Republica, per honorū, rerū, & personarū mutationes, dando & accipiendo factas, quoddā quasi simulachrū æternitatis inducitur. Ut interim illud omittamus, quod ab ipsis brutis animalibus, medendi, venandi, natigandi, belli gerendi, colendæ denique Reipubl. artes & eas plures, quæque ad omnes vitæ partes vsui nobis esse possunt, arripiuerimus. Atque hic primus est rerum naturalium usus, quem in Mosaicis & Platonicis libris de Repub. sepe licet animaduertere. Secundus est, vt ipsas res naturales, ad commoditates nostras & ciuilem aliquem usum adiungantur: nam præter hoc quod ex animali spirabilique mundi natura, vitam nostram haurimus, quodq; ex ijs quæ terræ foetu quotidie profunduntur, victimum, cultum, & habitationem, quæ fundamenta sunt Reipublicæ, nobis paramus: quis non intelligit anniuersarias istas, & menstruas, aliasque siderum conuersiones hoc nobis præbere, vt certa & stata tempora commerciorum, iudiciorum, festorum, comitorum, & aliarum rerum omnium habeamus, sine quibus quidē temporibus, certo certius est, in tota vita ciuili, nihil in omnibus negotijs hostinum constituti & designati esse posse: qua causa factum est, vt Hesiodus horis & diebus, prima Republicæ conformatioñem attribuerit. Tertiū & ultimum, quod à rerum naturalium cognitione, ad vitam ciuilem permanat, in eo consistit, ut principia quædam ex ijs ducantur, quibus res ciuiles dirigi possint. Nam quod primū Physici de eodem & altero, ex quibus mundi animalis fabrieatus est, disputant: quodque cum ijs finiti & infiniti, temporis & æternitatis, unius & plurium mentionem cōiungunt: cui dubium est, quin id nobis definiendi & diuidendi vias tradat? quin modum & rationem contineat, qua inter substantiam & adminiculantis in contrariis<sup>1</sup>, inter similia & dissimilia in cognatis<sup>2</sup>, inter perpetua & temporalia in obligationibus<sup>3</sup>, inter unum & plurā in stipulationibus<sup>4</sup>, inter possibilia & impossibilia in rebus, inter vera & ficta in omnibus negotijs distingui possit? Præterea, quod in altera parte Physiologiz traditur de ortu & interitu, de varijs cœli & aëris tempestatibus, de frumento & animalium naturis, de agri colendi serendique ratione: quis nō videt in ijs maximarum rerum ciuilium principia quædam et seminaria, quæ prima naturæ dicuntur, latere? Nam quis tādem sanç mentis potest negare, quin tractatus de ancillarum et animalium foetu<sup>5</sup>, de coniunctione maris et foeminæ<sup>6</sup>, de frigidis et maleficiatis<sup>7</sup>, de ijs qui in utero degunt, de agnoscendo et exhibendo<sup>8</sup> partu, de postumis, de morbis rerum et vitijs, de alligationibus<sup>9</sup>, de mictionibus, de implantationibus, de inædificationibus, de vi maiore et cœli tempestatibus, deq; alijs infinitis et consimilibus rebus, ab ipsa natura trahi et peti debeant? Cui et illud insuper adde, quod feras animates à ciciribus in occupatione<sup>10</sup>, pecudes & bestijs in lege<sup>11</sup>. Aquilia, feroce quadrupedes à mansuetis in pauperie<sup>12</sup>, sanas ab insanis in ædilitio ædilicto<sup>13</sup>, mancipi<sup>14</sup> à nec mancipi in cōmercijs, maiores à minoribus<sup>15</sup> in furtis separari oportet. Quid dicam præterea de rerum distinctionibus et differentijs: nam quod earū alia sunt corporales, alia incorporales<sup>16</sup>. Item alię generales, alię speciales,

c iiiij ciales,

- q. 1. pacta. ff. de cōtrah.empt.
- r. 1. i. ff. de præcar. g. 1. Inst. de donat. g. item preciū. Inst. de empt. & vēd. g. adeo. Inst. de locat. & conduct.
- s. Obligationū ferē. ff. de act. & oblig.
- t. 1. scire. ff. de verb. oblig.
- u. 1. nō solū. ff. de act. & oblig.
- v. g. In pecudū. Inst. de rerū diuis.
- w. g. 1. Inst. de pat.po.
- x. extra illo tit.
- y. 1. q. in vtero. ff. de reg. Iur.
- z. ff. illo tit.
- a. toto tit. de rerū diuis.
- b. g. serē igitur. Inst. de rerū diuis.
- c. 1. 2. ff. ad 1. aquil.
- d. 1. i. ff. si qua. drup. pauper.
- e. 1. i. & totū tit. ff. de ædilit.
- f. ædilit.
- g. Vlp. in Inst. sub tit. de do- min. ret.
- h. Exod. c. xxii.
- i. g. 1. Inst. de reb. corpor. & incorpor.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

l. 1. Meius. ff.  
 de legat. 2. 1. legato. ff. de legat. 1.  
 m. 1. inter stipulante. ff. si stipulante. ff. de verbo oblig.  
 n. 1. 1. ff. si cert. pet.  
 o. 1. stipulations. ff. de verb. obligat.  
 p. 1. serum. ff. de vñscap.  
 q. 1. in ré. item ff. de rei vend.  
 r. 1. gd tamé. ff. de contrahend. emp.  
 s. 1. literæ. cum ff. seq. Inst. de rerum diuis.  
 t. 1. imperitia. ff. de reg. Iur. 1. ignor. 1. illicitas. ff. sicuti. ff. de off. presi. cum simil.  
 v. 1. consilii. ff. de reg. Iur. 1. 1. last. de aupt. 1. eius. ff. de reg. Iur. toto tit. de dol. mal. c. ratificationem. de seg. Iur. in vi. 11  
 x. Lecontractus. ff. de reg. Iur. 1. si & certo. ff. nüt vidēdū. ff. cōmōdat. cū signib; ad illū tractatū pertinencib;. 1. a. 1. si filiusfa. ff. de Iud.  
 b. argo. 1. quod merua & ibi not. ff. depos.  
 c. d. 1. i. C. de sic.  
 d. 1. 2. ff. de verb. oblig.  
 e. 1. c. in alterna- tiuis. de reg. Iur. in vj.  
 f. 1. 4. ff. de hec. ted. inst.  
 g. C. de donat. quę sub modo.  
 h. 1. ea est. ff. de reg. Iur.  
 i. vid. 1. labeo. ff. de supp. leg. tot. et. de verb. sig.  
 k. 1. qui quadra- gitaff. ad 1. falci.

ciales<sup>1</sup>: Alię quātitatū, alię corporū<sup>m</sup>: Alię rerū, alię factorū: Alię fun-  
 gibiles, alię no fungibiles<sup>n</sup>: Alię diuiduc, alię indiuiduc<sup>o</sup>: Alię Physis, alię Technicę<sup>p</sup>: Alię ἡγεμονία, alię συνέπεια: Alię mobiles, alię soli: quo-  
 modo aliter est animaduersum, q̄ ex ijs, quę modo cōmemorauimus, na-  
 turalibus principijs? Ex quib; era desumptū est, quđ inter ferrumina-  
 tum & applumbatum<sup>q</sup>, inter inauratum & aureis laminis tectum<sup>r</sup>, inter  
 pictū & scriptū in iure nostro distinguatur<sup>s</sup>. Quoniā verò ex istis satis  
 superque intelligi potest, arcana vniuersæ naturæ sic ad Iureconsultū per-  
 tinere, vt ab eo remoueri non possint: videamus an & idē in homine, de  
 quo secūdo loco dicere propositum, quique animo, corpore, & rebus  
 externis continetur, obtineri possit. Atq; animi quidē partē alterā, rati-  
 onis & intelligentiæ participē statuit, in qua traquillitas inest, & placida  
 quietaq; constantia: alterā verò experte, in qua insunt turbidi motus &  
 incōstātes appetitionū, quę nūc huc nunc illuc ferūtur. Prioris partis tria  
 præcipua sunt munera: Vñū cogitationis & indagatiōis, quod et intelli-  
 getiæ dicitur, ex qua exsistit notitia, sciētia, prudētia, sapientia, opinio, iu-  
 diciū, ars, sagacitas, ingeniu: q̄bus opponūtur imperitia, ignoratia, furor,  
 insania, stupiditas, error, & similia, quę multis iuris locis diligēter attē-  
 dūtur. Alterū, volūtatis & appetitus rationalis, ex quo nascūtur cōfessus,  
 authoritas, ratihabitio, cōfiliū, dolus, fraus, machinatio, iussus, manda-  
 tum, imperium, prohibitio, taciturnitas & alia infinita<sup>t</sup>. Tertium deniq; memorię, in qua cernitur diligētia, negligētia, gnauitas, sōcordia, celeri-  
 tas, mora, prēmeditatio, incogitatia, cū nō nullis alijs, de quib; paſsim  
 & vbiq; multa occurrūt<sup>u</sup>: quaq; idē bene cogitata & in próptu debet  
 habere legūlator, quoniā pertinet per oīa fere iuris capita. Et præter alia  
 multa, cōficiūt etiā nobilissimū illū de dolo, culpa, & casu fortuito, tra-  
 ctatū: Nam quę volūtatis vitio sunt, propriè cadunt in dolī & fraudis  
 rationem: quę vel intellectus vel memoriz, in culpam subinde latā, sub-  
 inde leuem & leuissimā incident<sup>b</sup>: quę neq; dolo neq; culpa cōtrahun-  
 tur, partim fortuito casui, partim fato adscribi solēt<sup>c</sup>. Illud etiam ad hāc  
 animi partē referēdum, quđ omnes actiones hominum, vel in dando  
 vel faciēdo consistunt<sup>d</sup>. Itē quđ orationis & sermonis nō minima est<sup>e</sup>  
 habenda ratio: Nam præter hoc, quđ de alternatiuis, de conditiona-  
 libus<sup>f</sup>, de ijs quę sub modo concipiuntur<sup>g</sup>, de cauillationibus<sup>h</sup>, de que  
 alijs permultis, quorum frequentissima incurrit mentio, in iure tracta-  
 tur: quis est qui ignoret, verborum & rerum significationes, tam late  
 in omni iure patere, vt meritò illis tertia ciuilis sapientiæ pars, à Fabio  
 Quintiliano sit attributa. Nego quemquam exacte de rebus disserere,  
 & earum obscuras intelligentias enudare posse, nisi ipsorum quoque  
 verborum rationes, significationes, vires denique, & vius omnes tene-  
 at<sup>i</sup>. Nego quemquam verum & falsum dijudicare posse, item quid  
 quaq; rem sequatur, quid cuique contrarium sit, vñdere: nisi qui diale-  
 cticorum<sup>k</sup> (vt ita dicam) officinas frequentarit, & in corūm spatiis  
 multo tempore fuerit exagitatus. Nego denique quemquam oratione  
 perpetua tenere populum, & in omnes partes flectere posse, nisi qui  
 motus omnes animorum perdidicerit, & quibus verborum flexibus,  
 nunc huc

nunc huc nunc illuc detorqueri possint, cognorit. Hoc ergo de rationali animæ parte, cui adiuncta est tum actionis tum orationis facultas. Illa pars animi, quæ rationis & orationis est expers, bifariam diuiditur. Primo modo in eam parterat, in qua exsistit iracundia<sup>1</sup>, quæ secundum Peripateticos fortitudinis quasi cos dicitur, quæq; ardore quodam elata, qui busdam nos quasi stimulis ad virtutem arripiendam impellit: & eam, in qua cupiditas inept & appetitus, tu procreadet & educandæ sobolis, tu earum rerum quib; vita fouetur & sustentatur<sup>m</sup>. Plato has duas facultates subinde alis comparat, inter quas anima æqualibus utrinque ponderibus librata, pœdeat: subinde bigis, quibus tanquam vehiculo quodam, ad omnes viæ functiones & munera, prouehatur. Aristoteles autem ratione pastori, iracundiam cani, cupiditatem ouibus comparat. Altero modo fit diuisio secundum numerum perturbationum, quæ in hac parte animi, partim voluptatum illecebris, partim dolorum morsibus & quasi facibus acceditur. Sunt vero in vniuersum quatuor: Nam ex duobus opinatis bonis, duo nascuntur: & ex duobus opinatis malis, alia duo. Ex bonis, libido & lætitia, vt sit lætitia presentium bonorum, libido futurorum. Ex malis, metus & cœgritudo: vt metus sit futurorum malorum, cœgritudo præsentium. Nam in cœgritudini subiecta inuidentia, æmulatio, obtrectatio, misericordia, angor, luctus, mœror, ærumna, lamentatio, dolor, solicitude, molestia, afflictatio, desperatio, & si qua sunt de genere eodem. Sub metu subiecta sunt, pigritia, pudor, terror, timor, pauor, exanimatio, cōturbatio, formido. Voluptati, amor, cupiditas, malevolentia, delectatio, iactatio, petulatia, pteruitas, & similia: Libidini ira, excādescētia, odiū, inimicitia, discordia, indigentia, spes, desideriū, & alia huiusmodi. Atque his quidem omnibus tanquam morbis quibusdam & cœgrotationibus, adhibet remedia legulatores, cum de vi & "metu, de petulatia, de proteruitate<sup>o</sup>, de libidinibus & voluptatibus edicūt, estq; in ijs regēdis & cōpescēdis summa eius laus & virtus, vt est apud Platonem, constituta<sup>p</sup>. Nam quēadmodū medicus ad corporis, ita politicus ad animi vitia facit medicinā. Verū hēc de hominis animo. In corpore, sūdinde spectamus etatē, vt in nuptijs<sup>q</sup>, tutelis, curationib; & vacationibus munerū, sacerdotijs, testimonijs dicūdis, et alijs infinitis: subinde sexū<sup>r</sup>, vt in intercessionib; in testibus vltimarū volūtatū, in gerēdo magistratu, in potestate patria, in successionibus, in exheredationibus, in accusationibus, in postulādo: subinde membrorum robur & integratatem, vt in militijs, in sacerdotijs, in matrimonij, in mancipijs<sup>s</sup> seruorum, in cœcorum testamētis, in surdorum & mutorū stipulationibus: subinde valetudinem, vel secundam vel aduersam, vt in excusationibus tutorū & curatorū, in vocationibus in ius, in emptionib; mācipiorū, & alijs innumeralib; Externa bona posita sūt, vel in persone dignitate, vel in rerū vbertate ac copia, vel in amicorū & familiarū vnu. Dignitatis vel cōtra sūt, cœstimatio, authoritas, fama, fides, fauor populi, ignominia, infamia cū similibus, quorū diligens vbiq; habet ratio<sup>v</sup>, vel in publicis munerib; subeūdis, vel in ferēdistestimonij, vel in postulādo, vel in cōscribēdis vltimis volūtatibus. Diuiñiarū vel cōtrā, sūt abūdātia, splēdor, vī, cœsus, paupertas, inopia, solitudo, de quibus

1. I. quod calore.  
ff. de reg. Iur.

m. I. ius natu-  
rale. i. dist.

n. toto. tit. de  
eo quod vi Nat.  
caus.

o. I. omne de-  
lictū. §. per vnu.  
ff. de re milit.

p. c. facte. iiii.  
dist.

q. §. i. Inst. de  
nupt. §. j. Inst. de  
curat. & tot. tit.  
quibus mod. tit.  
fin. tot. tit. ff de  
vacat. mun. cum  
simil.

r. I. sc̄eminę. ff.  
de reg. Iur. I. qui  
hæredes. §. eum  
g. ff. de test. &c.  
s. I. j. ff. de cœdit.  
ad I. hac contul.  
tissima. I. discri-  
tis C. qui test fi-  
cer possit. I. j. ff. de  
verb. obligat.

t. §. j. Itē prop-  
ter. Inst. de ex-  
cusat. tut. I. si  
piæter in si. ff. de  
Iud I. cōtumana  
§. poenam. ff. de  
re ludi.

v. I. s. ff. de test.  
I. j. is cui. §. si q. s.  
ff. de testam.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

x. §.vit. Inst. de  
 susp. tut. & curat.  
 l.3 ff. de testi. §.2  
 Inst. quib. ex  
 caus. ma.  
 y. §. non esse  
 Inst. de excusat.  
 Lex maleficio. §  
 j. ff. de act. & ob-  
 lig. l. videamus  
 ff. de in lit. Iur.

de quibus tractatur \* in accusatione suspecti tutoris vel curatoris, in seruo testamento in fraudem creditorum manumisso, in excusationibus munerum. In amicitijs & contrà, spectatur familiares, clientes, patroni, serui, liberti, amici, socij, ciues, hostes, inimici, aduersarij, cum alijs eiusmodi, de \* quibus, tum in negotijs alienis gerēdis, tum in alienatione iudicij mutandi causa facta, tum in excusationibus tutorū & curatorum, dicitur. Sed iam, puto, satis planum factum est, quomodo (quod mihi tantum fuit propositum) multa passim in iure occurunt, quæ sola rerum naturalium norma dirigi, & vel ex totius vniuersi, vel ipsius hominis natura peti debent. Quantum verò ad ipsarum rerum, tum naturalium, tum rationalium tractationem, nihil opus fuit nobis hoc loco ijs immorari: nam principijs eorum leuiter degustatis, & vsu bene perfe-cteque percepto, nihil est facilius, quam totam porrò rem, ex ipsis, qui ex professo eā tractarunt, autoribus, desumere. Illud antequām aliò abeamus, omnino admonendum est: formas & figuræ rerum publicarum, ad humanæ naturæ imitationem cōparatas & exactas esse. Nam quemadmodum homo ex animo constat, corpore, ac rebus externis: ita ciuitas, hominibus, ædificijs, & agris cōtinetur. Et rursus, quemadmodum animus rationem, animositatem, & cupiditatē in se continet: ita Respubblica, partim principes habet & magistratus, in quibus sunt & sapientes et sacerdotes: partim milites & defensores, qui nobiles ferè vocari solent: partim opifices & agricultores, qui victimum & cultum suppeditat toti Reipublicæ. Chrysippus fertur integros commentarios, de Reipublicæ ad hominem collatione conscripsisse: sed nobis ista nunc sufficiunt.

## D E P R I N C I P I I S G E N E R A L I - B V S E X T E R N I S.

a. l. cū de indebito ff. de probatio[n].  
 b. l. præses. C. de scrut. & aqu.  
 c. l. cū pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2.  
 d. c. semel. de reg. iur. in vi.



**R**OXIMA sunt principia externa, quæ non exiguum quoque iuris partem occupant. Nam cùm dicimus, Neminem præsumi suum iactare <sup>a</sup>: Vnumquemque sibi esse proximum <sup>b</sup>: Communionem lites excitare <sup>c</sup>: Semel malum, semper præsumi malum <sup>d</sup>: id nō tam ex ipsa hominis natura, quam foris aduenit: debetque non ex mente hominis aut animo, sed ex cōmunitibus vitæ moribus, longo usu & tractatione colligi. Quoniam autem horum principiorum non est certus & descriptus numerus, nihil admodum necessarium habemus, vt in ijs compilandis, & in unum locum congregendis, multum laboris & operæ ponamus. Illud tantum operæ pretium videtur, vt viam quandam & rationem ostēdamus, qua & colligi notariique, ac ad usum ciuiles adiungi & accommodari possint. Qui igitur in hisce recte ac ordine versari velit, primum opus habet, vt originem progressionem & decursum teneat, tum totius antiquitatis & humanæ vitæ, tum suę, in qua viuit, ciuitatis ac Reipublicæ: Deinde verò, vt ijs cognitis ac perceptis, annotet varia dictoru factorūq; exempla: & solerter perquirat, quęnam ea sunt quę communiter in vita accidunt, quęque insint rebus & hominibus contagia, & mortali genere sumpta, tum per prauam educationem

educationem, nutritionem: tum per malā institutionē aut cōsuetudinem. Et sanè ijs intellectis non est in diffīcili dijudicare, quid in populis obtineri possit, quid non: quibus in rebus conniuendum, & à summis illis & perfectis naturę legib⁹ nonnihil declinandum, necessitat⁹ causa, in quibus non: Nam ad perfectam illam & primam tantūm natūram respicere, & ad illius præscriptum leges omnes conformare velle, monstr⁹ simile est, & vt nunc sunt hoīes, obtineri nullo pacto potest. Sed ad rem. Quantum ad totius generis humani historiam attinet ea, sic describi potest, vt vno à primo ortu, ad communem omnium hominum interitum, sub Noah: & altero à Noah, rursum vsq; ad Christum, tractu ac flexu comprehendatur: nam totidem ferme post Noah annorum spatij & curriculis restitutum est genus humanum, per quatuor quasi gradus, In Abrahamo, Mose, Dauide, ac Pontificibus, quibus respondent admirabiliter, quatuor monarchiæ Assyriorum, Persarum, Græcorum, ac Romanorum: quot ante Noah corruerat, per quatuor quoque gradus ac ordines, Primi scilicet peccati in Adamo, Secundi in Caino, Terti⁹ in fili⁹ Seth, qui tandem & ipsi cœperunt, relict⁹ priore religione, à qua & fili⁹ Dei appellabantur, cum posteritate Caini se miscere: Quarti denique, in Gygantibus ex fili⁹ Dei & hominum procreatis. Quantum ad Romanam historiam attinet (eam enim nunc pro nostra propria recipimus) constat apud Romanos, primum vñius dominatu imperium constitisse: Post deinde paucorum, id est, patrum: Tertiò, totius populi: Quartò, iterum sub Christo, vnius, cuius imperium post quingentos annos translatum Bysantium, post alteros quingentos, ad Germanos, apud quos etiamnum hodie residet, peruenit. Iam autem, quantum ad vñum, primum illud constat, quemadmodum in foro causas <sup>e</sup> dicentibus, nefas est, nulla præfatione facta, iudici rem exponere: ita etiam inconueniens esse leges populo ferentibus, omisſis initijs, atque origine non repetita, illotis manibus protinus ad leges ipsas accedere. Nam id demum allicit & reddit faciles ad parentum, subditos, si videant ea quæ proponuntur, apud patres suos obseruata <sup>f</sup>, & à veteribus & Heroicis usque temporibus ducta esse. Præterea, ipsi conditores & interpretes legum, mirum est, quantum per annum & temporum replicationem adiuuentur. Si verba legum obsoletiora <sup>g</sup> enodanda, si causa & origo <sup>h</sup> explicāda, si mutationis & emendationis ratio <sup>i</sup> ineunda, si conciliatio legum inter se facienda, nonne manifestum est, pleraque omnia ex historiarum & antiquitatum latbris erienda esse? Quis est qui ignoret, quod de imperio & iurisdictione tanta varietate disputatur: quod de Postumorum institutione nihil intelligitur: quod stipulationum diuisiones latent: quod literarum obligatio, quæ sit, ignoretur: quod in toto denique ordine iudiciario ne minimum quidem caput, satis percipitur: Quis est inquam, qui ignoret, id ex nulla alia causa, quam ex antiquitatis ignoratione proficiſci? Non est profecto de nihilo, quod Aristoteles in Rheticis post Herodotū admonet: ei, qui Rem publicā moderatus & tractatus sit, nunquam de manu historiā esse deponendam. Nam si hominum mores & naturam

f

spectes, qui-

e. 1.j. ff. de orig.  
Iur.

f §. vlt. Inst. gb.  
ex caus. ma. nō  
i. §. sed he. Inst.  
de exhort. lib.  
g. §. 2. Inst. de  
oblig. ex. del. §.  
appellam⁹. Inst.  
de act. §. serui.  
Inst. de Iur. pers.  
h. 1.j. ff. ad mā-  
ced. 1. j. ff. de  
post.  
i. 1. vnic. C. de  
cad. tol. §. j. Inst.  
de test. §. vnic.  
Inst. de lit. oblī-  
gat.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

species, quibus leges proculdubio accommodari debent: historia docet, quæ sit cōmuni hominum inclinatio, qui mores barbararum, qui cultarum gentium, quid cōueniat senibus, quid adolescentibus, quid pauperibus, quid diuitibus, quid nobilibus, quid ignobilibus, quid victoribus, quid victis, quid felicibus, quid desolatis, quid ecclesiasticis, quid profanis, quid filijsfamilias, quid ijs qui sui iuris sunt, quid masculis, quid fœminis, quid alijs denique omnibus hominibus, cuiuscunque demum loci, ordinis & conditionis sint. Præterea, si videre velis, quot & quæ formæ rerum publicarum, quibus rebus crescere soleant ciuitates, quibus contrà labi & corruere, quæ res bene soleant succedere, quæ res verò malè, quid inficere & inquinare soleat populum, quid contrà in officio retinere: si inquam hæc & similia videre velis, sine quibus clarū est nullas planè leges aut conscribi, aut conscriptas intelligi posse: sola historia est, quæ te docere, & ad omnes vitæ usus cautum & prouidum efficere possit. Ipsa res quotidie docet, quām miserè in interpretando iure ciuili cæcūtiant illi, qui rerum humanarum historias nunquam in manus sumpserunt: quām turpiter in Pontificum constitutionibus halucinentur illi, qui veterum Theologorum & sanctorum conciliorum decreta nunq̄ euoluerūt. Hęc sunt igitur illa, quæ dico externa p̄cipia, quæ ex cōmuni vitę usib⁹ & morib⁹ decerpuntur, quæq; nō tam ordine describi, & literis mandari, quā longa tractatione colligi, & per manus tradi possunt. Nam quod dicimus in emptione ac vēditione alterū naturaliter alterū circūuenire <sup>k</sup>: Eum qui tacet videri consentire<sup>l</sup>: Qui suppellectilē in domū cōductā infert, intelligi eā tacitē obligare<sup>m</sup>: Hominē ad malū procluē & pronū esse: Quid? an non oēs percipimus, hęc nō à natura, sed à cōmuni usu & cōsuetudine fluxisse? In his p̄cipijs sunt etiā quæ pr̄eualentiā<sup>n</sup> rei significat, & nō ordinaria aliqua iuris ratione, sed extraordinaria & diuina potius q̄ humana procedūt. Sic enim pictura nō cedit<sup>o</sup> tabulæ, cū tamen scriptura cedat: sic in publicatione bonorū nō sustinet periculū emptor ante rē traditā, cū tamē reliqua oīa pericula<sup>p</sup> sustineat: sic illi qui nobiliores artes exercent, nō dicūtur merecedē accipere, sed honorariū<sup>q</sup>, cū tamē qui viliora seruitia subeunt, accipiāt: Sic tandem ea tēpestas, quę<sup>r</sup> θεοῦ βίᾳ Græcis dicitur, aliā habet iuris definitionē, q̄ quæ communis est. Nam si capita quādā facere velimus horum principiorum, externa principia omnia vel sunt humana, vel diuina. Humana, quæ foris quidem accedunt, sed ex causis indifferentibus, nōnunq̄ etiā ex nuda volūtate<sup>s</sup>, vel affectione legislatoris. Diuina, quæ extrinsecus etiam adueniunt, sed ex causis supra naturā positis, potestq; dici, quādam etiam Christianæ religionis pr̄cepta, inter externa principia numerari posse<sup>t</sup>: quasi scilicet omne id extrinsecum sit, quod non conueniat, vel cum rationis ac mentis, vel cum ipsius naturæ cursu ac ordine. Iam autem quòd iureconsultus nonnunquam aliquid mutuatur à medicis<sup>t</sup>, mensoribus<sup>u</sup>, oratoribus<sup>v</sup>, Poëtis<sup>w</sup>, Philosophis<sup>x</sup>, non tam pro externis principijs debet reputari, quām quod omnes artes, quæ ad humānitatē pertinēt, quoddā habeat cōmune vinculū, et quasi cognitione quadā inter se cōtineātur. Nūc ad particularia principia.

DE PRIN-

k. l. in caus. 3. ff.  
 de mi.  
 l. c. qui tacet. de  
 reg. Iur. in vi.  
 m. l. 3. 4. ff. de  
 pact.  
 n. l. in rē. §. in  
 oībus. ff. de rei  
 vend.  
 o. §. si q̄. Inst.  
 de rer. diuis.  
 p. l. Lucius. ff.  
 de euict. l. si fun  
 dus. ff. locat.  
 q. l. i. ff. de var.  
 & extraord. cog.  
 r. l. si merces. §.  
 vis maior. ff. lo  
 cat.  
 s. l. 3. §. eiusdē,  
 in si. ff. de test. l.  
 capienda. §. i. ff.  
 de reg. Iur.  
 t. exempla sunt in  
 c. cū elles, extr.  
 de testam c. cō  
 fuluit, extr. de  
 us. cū similib.  
 v. l. septimo. ff.  
 de stat. ho.  
 x. l. i. & toto ti  
 zulo. ff. si mens.  
 fals. mod. dix.  
 y. l. Cicero. l.  
 aut facta. §. de  
 p̄cen.  
 z. §. itē preciū.  
 Inst. de empt. &  
 vend.  
 a. l. i. ff. de nūd.  
 l. si potest. §. nā  
 & Aristoteles.  
 ff. de solut.

## DE PRINCIPIIS PARTICVLARIBVS.



VNT autem principia particularia, quæ apud rei rusticæ scriptores Oracula, apud medicos Aphorismi, apud rei militaris authores, quemadmodum apud nos<sup>2</sup>, Regulæ vocantur. Et sunt eorum tot ferme genera, quot omnino rerū agendarum. De his, quoniā iustus exstat in Pandectis tractatus, cui titulus est de Regulis iuris antiqui: nihil opus est, vt nos prolixius agamus: maximè cùm in vnaquaq; iuris parte vitro se offerant, & ex ijs, de quibus hactenus dictum est principijs, deducantur. Illud rātum videtur præsentis instituti ratio postulare, vt videam<sup>9</sup> primū, quomodo ad certa, distinctaç; capita reuocari, deinde quo pacto ex ipsis legibus elici possint. Capita in vniuersum possunt statui duo. Vnum, ipsius iuris: Alterum, rerum ad quas ius pertinet. Iuris quidem, veluti cùm vel de iustitia & eius partibus: vel de iudicijs & eius processu regulæ sunt. Rerum vero, veluti cùm vel de obiectis iuris personis scilicet, rebus, & commercijs, vel de locis cōmunibus, quæ per omnia iuris mēbra dispargūtur, cuiusmodi est tractatus de dolo & culpa, de accessorijs, de natura conditionum, de impossibili, de alternatiuis, de similibus agitur. Iuris & iustitiae regulæ quædam, exempli gratia, sunt huiusmodi: IN OMNIBVS QVIDEM, MAXIME TAMEN IN IVRE, AEQUITAS SPECTANDA EST: QVAB RERVM NATURA PROHIBENTVR, NVLLA LEGE CONFIRMATA SVNT: NON OMNE QVOD LICET, HONESTVM EST. Et possunt ad hoc idem caput reuocari omnia quæ de fortitudine, temperantia, prudentia, modestia, & reliquis virtutibus passim se offerunt. Iudiciorum & rerum forensium, tales quædam sunt regulæ: RES INDICATA PRO VERITATE ACCIPITVR: FACTVM A IVDICE, QVOD AD EIVS OFFICIVM NON PERTINET, RATVM NON EST: NON DEBET ACTORI LICERE, QVOD REO NON PERMITTITVR: BONA FIDES NON PATITVR, VT IDEM BIS EXIGATVR: FAVORABILIORES REI POTIVS QVAM ACTORES HABENTVR. Et spectant huc omnia illa etiam, quæ de magistratibus, imperio ac iurisdictione dici possint. De partibus & membris iuris hæ sunt: LIBERTAS IN AESTIMABILIS RES EST: SERVITUTEM MORTALITATI COMPARAMVS: Nuptias non concubitvs, sed consensvs facit: IN TESTAMENTIS PLENIVS VOLUNTATES TESTANTIVM INTERPRETANTVR: QVAMDIV POSSIT VALERE TESTAMENTVM TAM DIV, LEGITIMVS NON ADMITTITVR: IN OMNIBVS OBLIGATIONIBVS, IN QVIBVS DIES NON PONITVR, PRAESENTI DIE DEBETVR: CVI IVS EST DONANDI, EIDEM ET VENDENDI ET CONCEDENDI IVS EST: NEMO EX SVO DELICTO MELIOREM SVAM CONDITIONEM FACERE POTEST. Locorum cōium tria sunt summa genera.

fij

Vnum,

a. I. f. f. d. reg.  
Iur.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

Vnum, significationis verborum, cuius maximus & pernecessarius est visus in toto iure ciuili: Alterum, coniecturæ voluntatis, quæ licet dominetur in ultimis testantium elogijs, pertinet tamen etiam ad contractus, iudicia & reliquas vitæ actiones: Terrium, rerum naturalium, rationalium & moraliū, quarum vis porrigitur & dilatatur per omnia. Exempla primi generis sunt hæc, FILII APPELLATIONE ONNES LIBEROS INTELLIGIMVS: ETIAM AVREOS NVMMOS AES DICIMVS: HAEREDITATIS NOMINE ETIAM BONORVM POSSESSIO CONTINETVR: PECVNIAE NOMINE NON SOLVM NVMERATA PECVNIA, SED OMNES RES TAM SOLI QVAM MOBILES, ET TAM CORPORA QVAM IVRA, CONTINENTVR. Secundi hæc: SEMPER IN DVBIIS BENIGNIORA PRAEFERENDA SVNT: QVI TACET NON VTIQUE FATETVR, SED TAMEN VERVM EST EVM NON NEGARE: IN AMBIGVIS ORATIONIBVS MAXIME SENTENTIA SPECTANDA EIVS, QVI EAS PROTULISSET. Tertijs hæc: IMPOSSIBILIVM NVLLA OB-LIGATIO: TEMPVS NON EST MODVS INDVCENDÆ VEL TOLLENDÆ OBLIGATIONIS. FVRIOSVS ABSENTIS LOCO EST: EIVS EST NOLLE QVI POTEST ET VELLE: INVITO BENEFICIVM NON DATVR: RATIO-HABITIO MANDATO COMPARATVR. Ratio eliciendarum regularū sive principiorū particulariū ex ipsis legibus, duas habet vias. Altera est, cū ex ipsis aperte verbis legis, desumimus regulā, vel qā hoc nominatum agit legislator, vt regulā tradat, vt cūm dicit: NAM HOC NATVRA AEQVVM IEST, NEMINEM CVM ALTERIVS IACTVRA LOCVPLETARI: Et per totū titulū de regulis iuris: Vel qā alicuius speciei adstruqdę gratia, ea vtitur: vt in multis iuris locis licet annotare. Altera, cū ex mēte legis arripimus aliqd, quod necessariò cōsc̄ quēs est ijs, quæ verbis exprimuntur, idq; vel directo, vel à cōtrario sensu. Directo, vt cū ex his verbis: NON CODICILLVM, TE FACERE VOLVISS E SED TESTAMENTVM, SIGNIFICAT HAEREDIS INSTITVTIO, excipimus regulam, Rei qualitatem agentis intentionem demonstrare. A contrario sensu, veluti cūm probamus regulariter, extra causam testamenti, mulierem testimonium dicere posse, eo argumento, quod lex iulia de Adulterijs, Adulterij damnatam testimoniū produci vel dicere testimonium vetat<sup>c</sup>. Atque hoc quidem colligendarum regularum studium, non solūm mentē & iudicium exacuit in ipsa indagatione: verūm etiam modum & rationem præbet, qua de omnibus rebus statim & ex tempore responderi possit. Sed adhibenda est diligens cautio, ne ad vnam aliquam tantummodo regulam respicientes, & aliam, quæ ferè diuersum suadeat, prætermittentes, in errorem aliquē deducamur: quod quidē in hoc genere valde prodiue est: Cui & illud insuper accedit, quod omnium regularum, quæ in iure paf-sim exstant, non sit eadem ratio. Quædam enim sunt principia, & possunt quibusvis iuris partibus & questionibus accommodari: vt NON debet al-

b. 1. non codicilliū, & ibi not. C. de testam.

c. 1. qui testamēto. §. eu. ff. de testam.

DEBET ALTERI PER ALTERVM INIQVA CONDITIO OFFERRI: SECUNDVM NATVRAM EST, COMMODA CVIVSQYE REI SBQYI BVM, QYEM SEQVNTVR INCOMMODA: Quædā sunt cōiectiones quædā, & breuiaria; ex pluribus speciebꝫ in vnu per cōmunc aliqd collecta: cuiusmodi ferè sunt o s iuris antiqui regul , secundu  ipsam Pauli definitione<sup>d</sup>. Et ex huiusmodi n  possunt trahi argum ta, ad quasuis iuris questio nes, sed val t r tu  ad breue aliqu  collectione (qu  for si vocabulo cōiectione vocat Paulus) eor  casuum, ex quibus constitut  sunt, & ad quos tantummodo respi ciunt, & ideo, si quis regulam, NON DEBET ALTERI PER ALTERVM INIQVA CONDITIO OFFERRI, ad nouas aliquas species referat, rect  faciet: Si ver  cam qua dicitur, F O E M I N A E A B OMNI OFFICIO P V B L I C O A B S T I N E R E, ultra casus enumeratos porrigit non rect , propter ratione suprascript . Etsi igitur magnus & frequens est usus hor  principior  particularium: tam  diligenter etiam atque etiam circunspiciendum est, vt ne in fraudem aliqu  nos illiciant.

d. d.lj.

## D E L E G E.



Emonstrato fine iuris & principijs, ordinarium est, vt de forma quoque eius, qua id, quod iustum & rationi consitaneum apparuit, comprehendatur, nonnihil differamus. Est autem ea forma nihil aliud quam ipsa lex, cuius officium in eo consistit, vt qu  iusta & fini conuenientia visa sunt, & cum rationis principijs congruentia, vel contr , ea redigat ad certum aliquod pr ceptum & iussum, tum imperando aut vet do, tum ver  permitteudo aut puniendo<sup>a</sup>. Et san  quemadmodum finis ad eam potissimum animi partem refertur, in qua inest appetitus & voluntas: item principia ad eam, in qua vis rationis h ret & intelligentia: ita lex, qu  est virtus & ratio iam confirmata & confecta in animo, pr cipu  locatur in mente ac memoria, in qua imperium residet ac authoritas. Describitur autem princeps illa lex & ultima, qu d nihil sit aliud, q  mens, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei, habens vim ad rect  facta vocandi, & a peccatis auocandi: Qu  vis non mod  senior est, quam  tas populum & ciuitatum: sed  qualis illius, coelum atque terras tuentes atque reg tis Dei. Et ab hac lege rect  laudatur illa lex, quam dij humano b generi dederunt, qu que nihil est aliud quam ratio ac mens sapientis, ad iubendum & deterrendum idonea. Nec ad rem pertinet, qu d Papini-anus<sup>c</sup> Legem dicit esse commune pr ceptum, virorum prudentum consultum, delictorum, qu  sponte vel ignorantia contrahuntur, co rtionem, communis Reipublice sponsonem: quasi scilicet ad legem faciendam, non sufficiat solius sapientis sententia: n  pertinet ad rem inquam: quoni  is in populari ratione versatur, quemadmod  & Aristoteles in tertio de Repub. rect  dic s, N  aliter legis vim habere, quod pr cipit sapiens, nisi pactio  qu d  & sponsonem accipiatur & approbetur a populo: sed nos ipsam per se legem spectamus, qu  sua sponte consistere &

a. L. legis vires.  
f. de iust. & iur.

b. l. s. ff. de ill.

c. l. s. ff. delegib.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

nomen suum recte tueri potest, etiamsi à nullo, vt inquit Plato, recipiatur. Et est quidē nomē legis collatū à diligendo, videlicet quod delectū rerum faciat, quemadmodum iuris à iubendo, quod imperandi vim & potestatem habeat. Quoniam autem oēs homines qui quidem legibus & moribus regūtur, vel vt animalia cōsiderātur, vt inquit Aristoteles: vel vt homines, vel vt ciues: lex omnis siue ius quo vtimur, in tres in universum species vel gradus diuiditur. Aliud enim est ius naturale: aliud gentiū: aliud ciuile<sup>d</sup>. Naturale est, quod natura omnia animalia docuit, erumpens ex ijs principijs, quæ naturalia in superioribus à nobis dicta sunt. Et est nō solum humani generis proprium, verū etiam omnium animalium, quæ cœlo, terra, & mari nascuntur: docens maris & fœminæ coniugationem, quam nos matrimonium appellamus: item liberorum procreationem & educationem, quarum peritia, cetera quoque bruta animalia, censentur<sup>e</sup>. Nec debet virō cuiquā mirum videri, quod cum rationis & orationis sint expertes beluz, tamen legis & iuris participes à nobis dicantur: hactenus enim iuris sunt compotes, & legis habent communionem, vt ei parere possint & obtemperare: quantum autē ad intelligendum & dijudicandum de iure attinet, longè secūs est: id enim solis hominibus est tributum. Gentium ius est, quod solis & omnibus

**d. §. vlt. Inst. de  
Iust. & Iur.**

**e. §. j. Inst. de  
Iur. nat.**

**f. l.j. in s. ff. de  
Iust. & Iur.**

**g. l. ex hoc Iur.  
ff. de Iust. & Iur.**

**h. §. ius aurem.  
Inst. de Iur. nat.  
i. l.j. ff. de acqr.  
rer. do.**

**k. l. an inutilis.  
ff. de acceptilat.  
l. §. z. Inst. de  
Iur. nat.  
m. l. si pœna. ff.  
de pœn.**

**n. §. per ul. Inst.  
de Iur. n. c.**

animalia, censentur<sup>e</sup>. Nec debet virō cuiquā mirum videri, quod cum rationis & orationis sint expertes beluz, tamen legis & iuris participes à nobis dicantur: hactenus enim iuris sunt compotes, & legis habent communionem, vt ei parere possint & obtemperare: quantum autē ad intelligendum & dijudicandum de iure attinet, longè secūs est: id enim solis hominibus est tributum. Gentium ius est, quod solis & omnibus

hominibus conuenit<sup>f</sup>, originem suam ducens à principijs diuinis, & à recta naturalique ratione: cuius respectu à Philosophis, naturale hominis quoque ius dicitur: veluti, Deum colere, parētibus & patriæ obediē: nam ea à nullo alio profiscuntur, quam mente ac ratione diuina. Planè quoddam est etiam ius gentium, quod ab externis principijs oriuntur, quodque à Philosophis ciuile dicitur, quia scilicet arte non natura consistit: verum à iureconsultis ideo gentium appellatur, quia om̄ibus ut plurimū gentibus commune est: vt dominiorum & distinctio, commerciorum & bellorū ratio, cōstitutiones ciuitatum: nam ea et similia, vsu vbiq; exigente, & humanis necessitatibus requirentibus, introducta sunt<sup>g</sup>. Et quemadmodū illud superius, antiquum<sup>i</sup> ius gentiū appellatur à consultis, ita istud recte nouum (nisi fallor) dici potest: Quod quidem cùm primū oritur, rude est & impolitum: sed longo tandem usu & tractatione, limatur non nihil & excolitur politiūs. Et potest fieri, vt quod primo suo ortu priuatū est, & vnius tantū populi, procedentibus temporibus publicū fiat: & cōmune, & ad omnes vbiq; gentes transferatur. Nam acceptilatio, origine quidē ciuilis est, & populi Romani: sed usu tamē & tempore effectū est, vt oīum<sup>k</sup> vbiq; gentiū & cōmunis esse coepit.

Ciuile ius est, quod vni tantū ciuitati vel Reipublicæ<sup>l</sup> conuenit, trahēs ut plurimū originē à principijs externis, videlicet cùm vel natura loci & ratio sic exigit, vel affectio legislatoris & volūtas: vnde etiam<sup>m</sup> commentiū ius dicitur. Et cùm superiores duæ species quasi diuina prouidentia constitutæ, perpetuæ sint & immutabiles, hoc ius quod ciuile vocamus, emēdari, corrigi, & mutari potest, vel tacita cōsensu populi, vel alia postea lege lata<sup>n</sup>. Ac ratio quidē diuersitatis est, quoniam id quod humano fragiliq; consilio constitutum est, hominum iterum iudicio infirmari & tolli potest: ceterum quod vel in natura positum est, vel mente, vel

mēte, vel tacita Dei volūtate, per oēs vbiq; nationes dispersū est, id tanq;  
diuinū et ēternū, nullis hominū scitis et legib<sup>9</sup> abrogari, aut in aliā specie  
formāq; trāsfundi potest. Nec mutat verò, q̄ libertas hominū, quę natu-  
ralis est<sup>o</sup>, in seruitutē, in plurib<sup>9</sup> hominib<sup>9</sup>, quotidie mutetur: quoniā ali-  
ud est in actionib<sup>9</sup>, aliud in iuribus naturalib<sup>9</sup>. Multę sunt actiones natu-  
rales, quę vel impediri, vel immutari possunt: iura verò, & p̄cipia natu-  
ralia, nulla penitus nec vi coerceri, nec tépestate obrui queunt. Sunt enī  
quasi semina quedā, & igniculi in natura collocati, qui nō nisi cū ipsa na-  
tura deleri possunt, & ideo seruuus occidi qdē & vēdi potest, cogi autē vt  
adeat hēreditatē, nō potest. Nūc videam<sup>9</sup> in quot species ius ciuile dedu-  
catur: nā Aliud vniuersale est totius Reip. Aliud municipale: Aliud p̄so-  
nale: idq; secūdū progressū naturę, quę à latissimè patētib<sup>9</sup>, paulatī pro-  
greditur ad indiuidua. Et vniuersale rursū, vel apto cōsensu fit manifesta  
hominū volūtate et ratione: vel cōsuetudine, quę tacita quadā & abdita  
populi quasi cōspiratione constat: vel necessitate, quę vtriusq; compos-  
est & particeps: de qbus singulis explicādū. Quod cōsensu fit<sup>q</sup>, vel indu-  
citur per cōstitutionē ab exordio, vel per interpretationē ex pōst facto.  
Per cōstitutionē qdē, cū vel à toto eoq; libero populo fiūt, tū leges, tum  
plebiscita<sup>a</sup> in Democratis: vel à paucis et ijs prēstātorib<sup>9</sup> senatuscōsulta,  
in Aristocratiā<sup>b</sup>: vel ab vno aliquo pehes quę summa rerū sit, placita, in  
Monarchia<sup>c</sup>. Per interpretationē verò fit ius, cū vel iudicatiū religioni res  
cōmittitur, ex quo manauit ius prētoriū<sup>d</sup>, & Aedilitiū apud Romanos:  
vel prudētū et doctorū hoīm opinionib<sup>9</sup> et sentētijs statut, ex quo natū  
est ius, quod p̄prio<sup>e</sup> noīe ciuile dicitur: nā ipsa planē res et v̄sus quotidiana-  
nus docet esse oportere in ciuitate aliquos, qui iura publice interpretari, et  
legū nodos et ēnigmata, vt inqt ille, cōsultorib<sup>9</sup> dissoluere sciāt. Ex cōsue-  
tudine<sup>f</sup> ius venit, quod v̄sus appbaut: nā diuturni mores cōsensu vtētiū  
appbati, legē imitātur: vtpote, q̄ intantū<sup>g</sup> placeāt, vt nō necesse sit scripto  
eos cōprehēdere. Quod tamē sic accipe, si nō sine ratiōe introducti sint:  
nā alioqui, quod errore primū, deinde cōsuetudine obtētū est, in alijs si-  
milib<sup>9</sup> nō obtinet<sup>h</sup>. Dicitur autē id maximē cōsuetudine vtentiū appro-  
batum, quod cōtradicto aliquādo iudicio firmatū<sup>i</sup> est: id verò diuturnis  
moribus inductū, quod p̄ plurimos annos obseruatum<sup>j</sup>. Estq; vis cōsue-  
tudinis, vt si de interpretatione legis queratūr, imprimis ad eā recurratur<sup>k</sup>.  
nā optima legū interpres cōsuetudo<sup>l</sup>, & in ambiguitatib<sup>9</sup> quę ex legib<sup>9</sup>  
proficiscūtur, cōsuetudo: aut rerū ppetuō similiter indicatarū autoritas,  
vim legis obtinet<sup>h</sup>. Prēterea de quibus causis scriptis legibus nō vtimur,  
id custoditur, quod morib<sup>9</sup> & cōsuetudine introductū est<sup>l</sup>. Ad hēc licet  
manifestū sit, principē cōstitutionē cōdendo posteriorē, priorē, (quāvis  
de illa mētionē nō faciat) reuocare: quia tamē locorū specialiū & perso-  
narū singulariū cōsuetudines & statuta, cū sint facti, & in facto cōsistat,  
potest p̄babilit̄ ignorare: ipsis, dū tamē rationabilia sūt, p̄ cōstitutionē  
nouiter à se editā, (inqt sūmus kōtifex) nisi expressim caueatur in ipsa,  
nō intelligitur in aliquo derogare. Per necessitatē ius illud constituitur,  
quod reb<sup>9</sup> et rēporib<sup>9</sup> sic exigētibus, inducitur: veluti cū ppter multitu-  
dinē grassantiū poen<sup>z</sup> intendūtur<sup>l</sup> cū ob grauem aliquā belli metum,  
etiam ecclē-

o. c. ius natura-  
le, j. dist.p. l. pen. ff. de le-  
gib.q. l. cōstat. Inst.  
de Iur. nat.r. §. lex. §. ple-  
biscitum. Inst.  
de Iur. nat.s. §. senatuscō-  
sultum Inst. de  
Iur. nat.t. fed & quodd.  
Inst. de Iur. nat.v. §. p̄toriū. Inst.  
de Iur. nat.x. §. respōsa Inst.  
de Iur. nat. l. z.  
ff. de orig. Iur.a. §. ex cōsuetu-  
dine . Inst . de  
Iur. nat.b. l. de quibus,  
ff. de legib . l.  
immo. eodem.c. l. quod nō. ff.  
de legib.d. l. cūm de. ff.  
de legib.e. l. fed ea. ff. de  
legib.f. l. si de inter-  
pretatione. ff. de  
legib.

g. l. si de.

h. l. nā impera-  
tor. ff. de legib.

i. d. l. de quibus.

k. c. licet. de  
cōst. in vi.

l. l. aut facta. ff.

de poen

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

m. 1. nemine. C.  
de sacrofandt.  
eccles.  
n. 1. j. ff. ad ma-  
ced.

o. 1. 3. §. diuus.  
ff. de sepulch. vi-  
olat.

p. 1. princeps. ff.  
delegib.  
q. §. j. Inst. de  
fid. hæred.  
r. §. sed & Inst.  
de lur. na.

s. d. §. j. de fid.  
hæred.  
t. §. vlt. Inst. de  
his, qui sui vel  
al. Iur.

v. vid. 1. lecta.  
ff. si. cert. pet.

x. 1. vlt. ff. de  
legib.

y. 1. legis virtus.  
ff. de legib.

z. 1. cōtra, cum  
1. seq. ff. de legib.

etiam ecclesiasticis vestigalia imperantur<sup>m</sup>. Nam s̄epe fit, vt ea, quæ pri-  
mū propter necessitatem aliquam repentinam, momenti causa, insti-  
tuta sunt, p̄st deinde, si forte cōmoda reperiātur, vt in Macedoniano<sup>n</sup>  
Senatusconsulto, perpetuam authoritatem adipiscantur. Atque hæc de  
legibus vniuersalibus. Municipales sunt, quæ certis municipijs & ciu-  
titibus permittuntur, vel à principe, vel consuetudine, vel constitutione  
propria. Atq; est harum ea vis & potestas, vt in suis locis & territorijs,  
derogent vniuersalibus p̄st inductis, & non habentibus clausulam de-  
rogationis: quod tamen secūs est in ijs municipalibus legibus, quę post  
imperialia statuta, nec principis voluntate, nec longè consuetudinis ob-  
tentu, sed solo municipū arbitrio sunt: eas enim communi iuri ni-  
hil detrahere manifestum<sup>o</sup> est: ne scilicet in potestate subditorum sit,  
leges vniuersales, irritas & elusorias efficere. Et hæc etiam obseruantur  
in ijs statutis, quæ certis corporibus, curijs, collegijs, prouincijs, auditio-  
rijs, familijs, & alijs eiusmodi irrogantur. Personales leges sunt, quæ cer-  
tis personis accōmodātur, veluti Augustæ P, id est, coniugi principis: Itē  
amicis, vti in quibusdam fideicommissarijs siebat sub Augusto. Estque  
harum ea natura, vt personam non transgrediantur, quoniam non hoc  
princeps<sup>r</sup> vult. Cæterū, fit tamen nōnunquam, vt quod primū vnius  
tantū in persona obtinet, p̄st deinde ad communem omnium homi-  
num usum transferatur<sup>s</sup>. Sed hæc hactenus de iuris & legum definitio-  
ne, ac varijs earum speciebus. Iam partes<sup>t</sup> verò secundum Platonē sunt,  
Primum Proœmium, ad inuitandum: Constitutio, ad iubendum vel ve-  
tandum: Sanctio, ad deterrendum vel puniendū. Et ex his quidem parti-  
bus, licet s̄epe omittantur, vel proœmia, vel sanctiones, tamē nonnunq;  
& quidem maximē in constitutionibus principum, licet omnia tria re-  
perire. Quantum ad prudentum responsa pertinet, et si pleraque omnia,  
constant nuda interrogatione & responsione: tamen in plenioribus<sup>v</sup>:  
Primò, speciem facti proponunt: Secundò, quæstionē, cum ratione du-  
bitandi: Tertiò, responsum: Quartò, rationē: Quintò, contrariorum dis-  
solutionē: Sextò, quæstiones cognatas: Septimò, legis actionem, qua sit  
experiendum. Usus<sup>x</sup> omnis iuris consistit, vel in acquirēdo, vel in con-  
seruando, vel in minuendo: nam aut hoc agitur, quemadmodum quid  
cuiusque fiat, aut quemadmodum quis rem suam vel ius suum conser-  
uet, aut quomodo alienet aut amittat. Præterea, et si omnes, quicunque  
sunt in Republica, homines, legis dicuntur participes: tamē eorum Alij,  
dicuntur Augustino, vivere sine legibus, vt immanes & furiosi: Alij sub  
lege, vt mali & improbi, qui pœnis magis & præmijs legum parent, quā  
ipſis legibus: Alij in lege, vt mediocres, & qui se suamq; voluntatem ac-  
commodant legibus: Alij denique supra legem, vt principes, et viri boni  
ac sapientes, quibus ipsa ratio pro lege est. Virtus<sup>y</sup> legis est, imperare,  
vetare, permettere, punire. Quæ necessaria sunt vt fiant, imperantur: quę  
vt non fiant, vetantur: quæ media sunt, permittuntur: vel hoc, vel illo  
modo. Si quid autem secūs fiat, quām lex vult, punitur, idque siue fiat  
contra legem, veluti cūm quis id facit quod lex prohibet: siue in fraudē  
legis, cū videlicet saluis verbis legis, sententiam eius quis circumuenit<sup>z</sup>.

De Roga-

## DE ROGATIONE, INTERPRETATIONE, MATERIA, ET ABROGATIONE LEGVM.



LLVD breuiter vidēdum est, quisnam legum sit ortus, & quomodo cōscribātur: quæ interpretatio: quæ materia: quis occasus & interitus earū. In recta iuris scribēdi ratione, prima Regula est, vt in ijs iura cōstituantur, quæ vt plurimū accidunt, nō in ijs quæ fortuito aliquo casu: nam ad ea potius debet aptari ius, quæ & frequenter & facilē, quām quæ perrarō eueniunt<sup>a</sup>. Secunda, vt ea quæ generalia sunt, legibus comprehēdantur: nam neque Leges, neque Senatus consulta, ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, in sece contineant nominatim: sed quoties vnum vel alterum introductum est, bona occasio est, hoc transferre per alia: & cetera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione, vel iurisdictiōne supplere<sup>b</sup>. Tertia, vt non in singulas personas, sed generaliter iura cōstituantur: nam et si nonnunquam aliquod ius cōstituantur quod singulare dicatur<sup>c</sup>, tamen in eo non sequimur communem iuris regulam, nec potest in vlo casu produci ad consequentiam<sup>d</sup>. Quarta deinde, vt non præteritis rebus, sed futuris modum ponant: nam & cōspectat regula, Cūm<sup>e</sup> lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat. IN T E R P R E T A T I O iuris est duplex: Vna, ad intelligendum: Altera, ad supplendum. Ad intelligendum, ante omnia requiritur verborum interpretatio, quæ historica Varroni dicitur, quæque in omnibus primas obtinet: Deinde, mentis & rationis, quæ etymologica nominatur: Nam scire leges, non est verba carum tenere, sed viu ac potestatē: Ultimo, locorum vel aduersantium vel correspondentium collatio, quæ Analogica dicitur: nam non est nouum, vt priores leges ad posteriores, & contrā, posteriores ad priores trahantur<sup>f</sup>. Ad supplendum, subinde est necessaria Principis authoritas, si res, qua de agitur, latè pateat, & maximi momenti sit: Nam eius est propriè, quod deest, supplere, cuius est ab initio condere<sup>g</sup>. Subinde iudicis, si res expedita sit & facilis: nam ius prætorium, ad nullum alium vsum introductum est, quām adiuandi, supplendi, corrigendi iuris civilis gratia, cuius etiam quasi viua quædam vox esse censetur<sup>h</sup>. Subinde iurisconsulti, si res spinosior & intricatiōr fortè sit: nam hoc euenit naturaliter, vt authoritas prudentium desideretur & disputatio fori<sup>i</sup>. Sed de eo pluscula idoneo loco. In omni autem interpretatione oportet meminisse: Minimè mutanda esse ea, quæ interpretationem certam semper habuerunt<sup>j</sup>: Item inciuite esse, nisi tota lege perspecta, vna aliqua particula eius proposita, iudicare vel respondere<sup>k</sup>. Adhac benigniùs leges interpretandas in ambiguis, quo voluntas earum conseruetur<sup>l</sup>. Præterea nullam iuris rationem pati, vt quæ salubriter pro hominum utilitate introducuntur, ea nos duriore interpretatione, contra ipsorum commodum producamus ad seueritatem<sup>m</sup>. Deniq; non omnium, quæ à maioribus vel abscondita aliqua ratione, vel pro ratione temporis constituta sunt, rationem reddi posse<sup>n</sup>. Materies iuris partim

g diuinis &amp;

a. I.iura.cum.j.  
seq. ff. de legib.

b. I.iura.l. neq;  
leges. I.nō pol-  
sunt. ff. de legib.  
c. I.ius singu-  
lae. ff. de legib.  
d. I. quod verd  
cum seq. ff. de ll.  
e. I.cūm lex. ff.  
de legib.

f. I. scire. ff. de  
legib.

g. I.non est no-  
vum. ff. de legib.

h. I.poen.& vlt.  
C.de leg. &cōst.  
princip.  
i. I.ius autē, cā  
I.seq. ff. de luct.  
& iur.  
k. I.z. ff. de orig.  
Iur.

l. I. minime. ff.  
de legib.  
m. I.inciuite. ff.  
de legib.  
n. I. benigniūs.  
ff. delegib  
o. I. nulla. ff. de  
legib.  
P. I.non.omi-  
nūm, cū l. seq. ff.  
de legib.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

diuinis & humanis rebus, partim publicis & priuatis, partim personis & rebus finitur. Diuinis res voco, quæ ad religionis & diuini cultus officium pertinent: Humanas, quæ ad commodum & vtilitatem hominum: Publicas, quæ ad statum totius Republicæ: Priuatas, quæ ad singulorum vtilitatem, & rationem referuntur: Personas, veluti cùm de statu & dignitate & coniunctione personarum queritur. Res, vt cù de dominiorū distinctione, & cōmercijs. Extra hæc tria <sup>q</sup> nihil puto temerè inueniri, q̄ ad Iuris materiā pertineat: Siue enim te conuertas ad rerū distinctiones, siue ad interdicta, siue ad actiones, siue ad nuptias & matrimonia, siue ad crimina & delicta, siue ad quēcunque deniq; iuris tractatum, semper inuenies præcipuas quasque distinctiones, ex hisce tribus efflorescere. Interitus & occasus legum contingit, vel desuetudine, cùm non vtendo si- niuntur & antiquantur, quemadmodū in seruis dedititijs <sup>1</sup> & latinis: itē testamentis calatis comitijs, procinctis, & per <sup>2</sup> as & <sup>3</sup> libram contigit. Vel constitutione aliqua, cùm vel <sup>4</sup> abrogantur, vel derogantur, vel subrogantur, vel obrogantur. Abrogantur autem, quæ penitus tolluntur, vt lex Fusia Caninia <sup>5</sup>. Derogantur, quorum pars aufertur, vt lex Aquilia, cuius secundum caput in vsu non <sup>6</sup> est. Subrogantur, quibus aliquid adjicetur, vt in <sup>7</sup> testamentis paulatim contigit. Obrogantur, quæ in aliā formam & speciem mutantur, vt vsucapio <sup>8</sup>. Nunc reliquum est, vt conclusa sit nobis ea pars instituti operis, quæ est de bono & æquo, siue de principijs iusti & iniusti: quæ quidem, cùm sit totius sapientiæ ciuilis, vt author est Plato, proœmium, tam habet fœcundum ac locupletem tractatum, vt vel sola, vniuersam iu- risprudentiam in se complecti, quodam modo videri posse.

q. de quib. §.  
Iurisprudētia. §.  
ultimo. Inst. de  
Iust. & iur. §. vlt.  
Inst. de. Iur. nat.

r. §. vlt. Inst. de  
libert.  
s. §. j. Inst. de  
testam.  
t. vid. Vlp. in.  
Inst. sub tit. de  
libert,  
v. §. vnic. Inst.  
de l. Fus. Ca.  
toll.  
x. §. liberum.  
Inst. de leg. Agl.  
y. §. sed cum  
paulatim. Inst.  
de testam.  
z. C. de vsucap.  
transformand.

IOACHIMI

IOACHIMI HOPPERI PHRISII  
IVRECONSULTI, DE IVRIS ARTE,  
LIBER SECUNDVS.



EINCEPS sequitur, ut tractandum sit de legum condendarum arte ac facultate: nam de ea secundo loco dicere statim initio constituimus, estque in ea, præcipua legislatoris commendatio, quæ quidé foris appetat, collocata. Qui ergo bonis & utilibus legibus fundaturus est ciuitatem: Primum omnium sibi paret, necesse est, cognitionem earum rerum, quibus communitas hominum, & societas inter ipsos continetur: deinde verò viam & rationem, qua boni & æqui principia, de quibus hactenus est expositum, per eas res diffundi ac deduci debeant. Nam quemadmodum medicus, Primum simpliciter inquirit, de humani corporis fabrica et compositione, de intraneis, de ossibus, de neruis, arterijs, venis, ligamentis, musculis: Post deinde verò, de ijs quæ corpori vel salubria sunt, vel insalubria, vel neutra: ita etiam vniuersa iurisprudentia, partim consistit in diuinarum & humanarum rerum notitia: partim in iusti & iniusti per eas distributi scientia<sup>a</sup>. Et quotidie tractaturi de nostris negotijs, in ipso statim ingressu querimus, quæ materies, quæ facti species sit: ea cognita, quam iuris quamvè iniuriæ formam habeat<sup>b</sup>. Atque haud scio, an liberalibus & heroicis ingenij quicquā possit accidere iucundius, quam tum totius reipublicæ formam ac speciem, partesq; ac membra, sub vnum conspectum posita videre: tum autem vitam & mores contueri, quibus tanquam spiritu quodam & animo, totum illud Reipublicæ corpus, viuit ac mouetur. His ergo duobus explicatis, sati mihi videbitur perpurgatus totus iste locus nunc propositus, de legum condendarum ratione ac facultate. Nam ipsas leges in summa quedam capita siue genera digerere, eaque rursum in species, tum superiores, tum inferiores diducere, magis pertinet ad eos, qui iam leges condunt, vel conditas in ordinem includunt, quam ad præsens institutum, in quo scientiam & ipsam artem instituimus, qua vel conscribere leges, vel de conscriptis æstimare possimus. Earum igitur rerum omnium, quæ ad Rempublicam tuendam & regendam pertinent, vel potius, ex quibus tanquam partibus, Respublica conflata est, tres sunt omnino species: Aliæ sunt diuinæ, Aliæ humanæ, Aliæ mixtæ. Diuinæ appellantur, quæ in altiore animi nostri sede collocatæ, tum Deum ipsum, tum quæ aduersus Deum est, religionem respiciunt. Humanæ, quæ in inferiori parte positæ, ad naturæ societatisque nostræ conseruationē, diriguntur. Mediæ, quæ inter utramq; partem interiectæ, utriusque pariter inseruiunt. Et constituitur quidem hæc diuisio, ex ipsius hominis, cuius imaginem respublica refert, partitione. Nam cum homo mente constet, corpore, & animo: Mens est, qua Deum contemplamur, Corpus, in quo quidem anima inest, (nam alioqui cadaver vocatur) qua viuimus: Animus, quo tam diuina,

g ij                    quam hu-

a. §. i. Inst. de  
Iust. & Iur.

b. 1. vi. responsum  
C. de translat.

c. c. oēs. II. j. dist.  
l. i. ff. de rerū di-  
uisi. l. j. ff. de in-  
terdict.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

quām humana sapimus, & dijudicamus. Hinc porrò fit, vt cùm tria sint hominum genera in quaque ciuitate, penes quos rerum summa sit: Sacerdotes, Principes, & Sapientes: triplex etiā sit ius, quo omnia passim administrantur ac gubernentur: Pontificale scilicet in diuinis, Ciuite in humanis, & quod apud patres nostros in maximo precio esse solet, Augurum in medijs. De his igitur & horum diuisionibus, si articulatius paulò ac distributius tractauerimus, aptè & conuenienter, vt puto, quātum ad rem propositam attinet, facere videbimur. Maximè cùm Ciceronē habeamus ducē ac authorē, qui cū alijs locis saepius, tum in libello de Senectute, bis diuidit omne ius, in Pontificale, Ciuite & Augurum.

## D E R E B V S D I V I N I S , S I V E I V R E P O N T I F I C I O .



Iuinorum omniū alia sunt, quę sola mentis agitatione constat, alia quę oculis cerni, & quasi manibus tractari possunt. Priora, et si præcipua sunt, & imprimis necessaria, vtpote ex quibus efflorescunt & emanant alia, & sine quibus reliqua oīa simulata sunt & imaginaria: tamē qā intus latēt in animo, nō possunt sic legibus complecti, vt poenarum & suppliciorū seueritate fanticantur<sup>a</sup>. Et ideo legumlatoris quidem est, de ijs quid sentiri velit, publicè pariter & priuatim docere<sup>b</sup>, & ab ineunte statim æstate, in rudes adolescentiū animos infundere, quod munus hodie demandatum est sacerdotibus: sed quantum ad instituta legesque attinet, breuiter strictimque rem proponet, et in eos qui secūs faxint, ipsum Deum vindicem, qui solus cogitationum nostrarum iudex est & arbiter, quēadmodum est in duodecim tabulis, constituet<sup>c</sup>. Posteriora, paulò aliter se habent: Nam non solū legibus mandari & prohiberi, verū etiā poenarum & prēmiorum spe ac metu proposito, ad effectum suum, & plenum exitum, perduci possunt. Atq; omnis quidem religionis primum ea est utilitas, vt si persuasum sit ciuibus, dominum esse omnium rerum ac moderatorem Deum, eumque optimè de genere hominum mereri: vt inquām non abhorrent, ab utili & à vera sententia, iudicantes sacrosanctam esse hominum societatem inter ipsos, Deo Optimo Maximo interposito, tum iudicetum teste. Secundò, vt intelligamus, quę viribus humanis & artibus nequeunt peragi, ea vero Dei cultu & religione sanctitateq; explicari: veluti cùm scelerū & impietatū fit expiatio per sacrificia: cùm morbi corporis vel diuinitus immisi, vel ægrotatione aliqua mentis contracti, eluuntur: cū deniq; in omni magno negotio ac discrimine, ad solius Dei opē & auxiliū configitur. Et in hoc quidē toto negotio, Primū queritur, quinā illi sint, quibus diuini cultus & honores adhibeātur: Deinde, quotnā & qualia ea sint, quę ad verū syncerūq; cultū requirātur: Tertiò tandem, quę nā accessoria sint, et tanq; de appédijs rerū sacrarū. Quantū ad primū attinet: ille sol<sup>d</sup> reuera colēdus, et domini honorū genere afficiendus est, qui semper vñus et idē permanet, quiq; nullū habēs, nec ortū, nec interitū, solus omniū corū, quę vel ratione & intelligētia cōtinētur, vel quę

a. 1. cogitatio.  
nes. ff. de pœn.

b. argum. Cod.  
& extr. de sum-  
ma trin. & fid.  
cathol.

c. argum. l. 1. C.  
de reb. cred.

d. c. j. extr. de  
summa trin. &  
fid. cathol.

vel quæ opinionē sensus adferētia, opinabiliā dicūtur et cāduca, pater est, & fabricator: Per cuius sapientiam, mentem ac rationem, omnia illa, quæ immōderatè agitata & fluctuantia essent, ex inordinatis in ordinem primū sunt adducta: Cuius denique solius; & cœlum simul ac terras, camposque liquentes, lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra, Spiritus intus alit, cuiusque infusa per artus mens agitat molem hanc, & magno se corpore miscet. Vnde hominum pecudumque genus, vitæque volantum: Et quæ marmoreo fert monstra sub æquore pontus. Secundū eum sunt, quibus illius voluntate, vel propter naturæ præstantiam, vel suam, quam nobis præstant operam, vel ob benefactorū laudabilem gratamque memoriam, honor aliquis inferior & cultus attribuitur, qui busque vel testamento dari oīum, vel bona damnatorum addici solent. Atque hi omnes sunt, aut superi, aut medioximi, aut inferi, pro quorum etiam numero, res omnes, aut sunt sacræ, aut sanctæ, aut religiosæ<sup>e</sup>. Superorum autem primi sunt dij, vt author est Plato, à quibus scilicet religionem, iustitiam, prudentiam, fidem, temperantiam, fortitudinem, constantiam, & omnem denique virtutem, qua nihil est hominum generi, à Deo collatum diuinus, accipimus: quicq; principium viarum Domini, & signaculum similitudinis eius, in sacris literis<sup>g</sup>, & apud Orpheum, appellantur. Secundi verò sunt, à scientia nomen accipientes, dæmones, qui nouem ordinibus<sup>h</sup>, & gradibus distincti, Angeli in sacris literis nominantur, eò quod diuinæ volūtatis precones nobis sint, ac nuncij. Tertiij tandem heroës, qui suis meritis in cœlum vocati, & in Diuorum numerū, propter virtutis præstatiā, relati sunt: quorum quidem nomina, ob id potissimum consecramus apud homines, vt ad eorum imitationem accendamur, & intelligamus hominum quidem animos immitiales esse, sed fortium bonorumque diuos<sup>i</sup>. Medioximorum nonnulli sunt corporati, cuiusmodi parentes, principes, magistri, domini, seniores: nonnulli sine corpore, cuiusmodi sunt tutelares illi dij, qui totas ciuitates ac nationes tuendas ac gubernandas habent: Item familiare, qui certis familijs sunt addicti, & tum penates, tum lares cognominantur. Deniq; singulorū, tā locorū, q̄ hominū genij, quos Angelos sacræ literæ vocant<sup>k</sup>. Inferorum quidam sunt mali & noxijs, quidam boni & salutares. Prioribus non preces & sacrificia, sed execrationes adhibemus<sup>l</sup>. Nam quod contumelia, impudentia, febris, malæ fortunæ fana, manu subinde consecrata reperiuntur: non vitiorum honorandorum, sed detestandorum gratia factum est: quoniam scilicet officium iustitiae, non minus consistit in vlciscendis delictis, quam recte factis collaudandis. Postiores sunt, quibus exequias, parentalia, viscerationes, & alias funerales pompas<sup>m</sup> adhibemus. Nam homo simul ac moritur, statim disoluit secundum veteres in cadauer, vmboram, manes, & spiritum, quod quidem pertinet illud apud Virgilium AEneæ:

Salve sancte parens, iterum saluete recepti

Nequicquam cineres, animæq; vmbrae paternæ.

Sed hæc de his, quibus cultus diuinus & honor debetur.

e §. deos, de he-  
red. Inst. in Inst.  
Vlpian.

f. § nulli. Inst.

de rerū diuis.

g. c. principiū,  
de pœnit. dist. 2.

h d.c. principiū.  
§ nouem.

j. c. venerabilis,  
extr. de test. c.j.  
extr. de reliqui.  
& ven. sanct.

k. Matth. 18.  
psal. 33.

l. c. clerics. § ex-

orcistæ. 21. dist.

m. toto tit. ex-  
tr. de sepult.

IOACH. HOPPERI PHRISII IC.  
DE IIS QVAE DIVIS EXHIBENTVR.



**A**M ea verò , quæ exhibentur illis , quatuor modis, vt au-  
thor est Varro, computantur. Pro loco, Pro tempore , Pro  
persona , Pro re. Etsi enim in absoluta perfectaq; religione  
icimus, neque parietibus includi Deum, cui omnia patentia  
sunt & libera, neque etiam certis vllis, aut temporibus, aut personis, aut  
sacrificijs alligari: qui nullo alio, quàm casto , puroq; animo delectatur:  
tamen plus quàm manifestum est, vt inquit Iamblychus, in cōmuni po-  
pularique vita , modis omnibus excitādos & admonēdos esse homines,  
vt qui nec semper, nec vbiq; nec in omni vitæ functione rebus diuinis  
vacare possunt, saltē locoru & tēporum, & aliarū rerū descriptionibus  
cōmoncātur. Loca ergo sacra sunt, quæ vel rebus diuinis destinātur, quæ  
proprio nomine dicuntur sacra : vel necessitatibus hominum, defensio-  
nis & misericordiæ causa, quæ sancta: vel mortuis & sepultis, quæ religi-  
osa <sup>n</sup>. Diuinis destinantur illa, quæ ritè per pontifices cōsecrantur, qua-  
lia sunt templæ <sup>o</sup>, facella, delubra, luci, tesqua, fana, quæ tum ciuilia sunt  
& militaria, tum publica & priuata, tum mobilia & fixa, tū subterranea  
& exstātia , tū his, tum illis Diuis dedicata: Quorū partes sunt, Antica,  
Postica, Dextra, Sinistra, Sacrariū, Donariū, Fauisse, Crypte , Vestibulū,  
Adytus. Instrumenta verò, siue supellestilia, Aræ, Foci, Scrobes, Mensæ,  
Vasa , & alia similia , de quibus pleni sunt libri pontificalis , ne aut  
violentur , aut neglectiūs habeantur, aut præter ius & fas distrahanter,  
aut vlo denique modo prophanentur <sup>p</sup>. Quæ humanis v̄sibus seruiunt,  
partim sunt publica, vt muri, portæ <sup>q</sup>, propugnacula, fossæ: partim pri-  
uata , vt Asyla , Xenodochia , Orphanotrophia , Brephorotrophia ,  
Ptochotrophia , Nosocomia , Gerontocomia <sup>r</sup>, quæ omnia ijs recipi-  
endis & tuendis parantur, qui hominum ope & auxilio sunt destituti.  
Vocāntur autem ideo sancta , quia pœna ferè capitis animaduertitur  
in eos, qui aliquid in ea delinquunt. Nam sanctum id propriè est<sup>s</sup>, quod  
ab iniuria hominum defensum atque munitum est, Sic dictum à sag-  
minibus , id est herbis , quas legati populi Romani ferre solebant,  
ne quis eos violaret. Atque hinc etiam legum ille partes , quibus pœnæ  
constituuntur, Sanctiones vocantur , quasi Sanctione quadam subnixæ.  
Ea loca , in quibus mortui permixtim sepeliuntur , vocantur coemite-  
ria , siue cænotaphia , non aliter , atque si sepulchreta dicas . Verū  
id quod humationi particulatim vnius aut duorum triumūe destinatur,  
generaliter monumentum , quasi memoriaz causa in posterum pro-  
ditum, nuncupatur <sup>t</sup>. Sed si corpus vel reliquiaz inferantur , fit sepul-  
chrum , à sepeliendo deductum , quo nomine , omnis sepulturæ pars &  
species cōtinetur, & omne etiam supra cœlum . Et sunt partes eius, Tu-  
mulus, Tumba, Sarcophagus , vrna , Cippus, Conditorium, Munimentum  
quod munimenti , id est causa muniendi eius loci factum sit, in  
quo corpus impositum sit . Species verò , suggrundaria , hoc est infan-  
tium sepulchra: Tymbia, pauperum: Mausolea, principū: Corragea, vir-  
ginum: Familiaria, certæ gentis alicuius : Hæreditaria , quæ hæredes se-  
quuntur:

<sup>a</sup> §. Sacra. cū 1.  
seq. Inst. de rerū  
diuis.  
<sup>b</sup> o extr. De relig.  
do. & capell. De  
eccles. & dif. De  
immun. eccles.

<sup>c</sup> p. extra de reb.  
eccles. nō al. per  
totum.  
<sup>d</sup> q. §. Sanctæ. Inst.  
de rer. diuis.  
<sup>e</sup> r. vid. C. de Sa-  
crofanci. eccles.  
in rub. & p. tot.

<sup>f</sup> s. 1. sanctū. ff. de  
rerum diuis.

<sup>g</sup> t. 1. monumen-  
tū. ff. de relig. &  
& sumpt. fun.

quuntur: de quibus passim, tam Ciuali, quam Pontificio iure cauetur. Sequitur de temporū diuisione: Nam omnes dies, vel sunt festi, vel profesti, vel intercisi. Festos dicimus, qui Dijs immortalibus dicati sunt. Profestos, qui hominibus, ob procurandā rem domesticā publicamq; concessi. Intercisos, qui Deorum hominumq; communes: Et sunt quidem festorum sex ferme genera. Alia videlicet ad quietem iurgiorum & litium: Alia ad vitæ castimoniam & sobrietatem: Alia ad sacrificia Dijs offerenda: Alia ad diuinis epulationes celebrandas: Alia ad ludos agendos: Alia ad feriandum, quibus à victimis feriendis nomen est impositum ut feriæ nominentur. Et sunt illæ rursum, vel statuæ, vel conceptiuæ, vel imperatiuæ, vel nundinæ: Statiuæ quidem, quæ vniuersi populi communes, certis & constitutis diebus, ac mensibus, & in fastis, statis obseruationibus sunt annotatæ. Conceptiuæ, quæ quotannis à Magistratibus vel Sacerdotibus concipiuntur, in dies certos, vel incertos. Imperatiuæ, quas Consules, Prætores, vel Pontifices pro arbitrio potestatis indicunt. Nundinæ sunt, paganorum & rusticorum, quibus conueniunt negotijs suis vel mercibus prouisuri, sic appellatæ, quod nono quoquo die soleat haberi. Iam verò, quod feriarū Aliæ communes totius populi: Aliæ certorum locorum, corporum & sodalitatum: Aliæ singularum, vel familiarum, vel hominū: item quod Aliæ sunt septimanariæ, Aliæ menstruæ, Aliæ annales, Aliæ lustrales, Aliæ Septennales, Aliæ quinquagesimo quoque anno recurrentes, Aliæ seculares, nō est opus, multis hoc loci tractari. Quæadmodū nec illud, quod profestorum dierū, vt dicetur idoneo loco, nonnulli sunt comitiales, nonnulli fasti, nonnulli comperendini, nōnulli stati, nōnulli præliares. Nam de intercisis, nihil restat amplius dicendū, cùm omnes sint eiusdem modi. Qui ad placados Diuos cōstituuntur, et sacris presunt solēnibus, uno communi nomine Sacerdotes appellantur: de quibus multa passim quomodo institui, quomodo initiari, quamvis vitæ rationē & modum tenere debeant, idque siue morum temperantiā & sobrietatē spectes, siue cultum exteriorē & habitum<sup>v.</sup>. Nam quod inter sacrificandū certo vestitus genere vti debeant, vt pallio, sandalijs, casula, cingulo et similibus, notius est, quam <sup>x</sup> vt multis debeat explicari. Prima corū distinctio est, secundū dignitatū et honorū, siue ministratiōis verbi diuini gradus. Nam supremo maximoq; loco est summus Pontifex, qui à ponte Sublichtio faciendo, nomē ab initio traxisse dicitur, quē nos Papā appellamus, sumpto nimirū à Græcis vocabulo, apud quos pueri parentibus suis, & omnibus natu grādioribus, ista voce blādiuntur: sic enī loquitur apud Homerū Nauficaa: πέπτα φίλος τοι ἔρ δέμος εφεδίσσεις ἀπίνερ θείκερ ινκιλερ; Et sunt circa eum, qui vocantur Cardinales, qui, quod in ijs Reipubli, ex Christianæ cardo vertatur, nomen accepérunt. Secundū summū Pontificem sunt Episcopi, qui hodie distincti sunt in Patriarchias, Archiepiscopos, Episcopos & Protonotarios, quibus munus scribendo annalium rerum Ecclesiasticarum incumbit, queriadmodum apud veteros Romanos, minoribus Pontificibus, de rebus Romanis. Sunt autem appellati Episcopi, ab illis olim apud Romanos Episcopis, qui perso-

<sup>v.</sup> extr. de vita  
& hon. cler. de  
cohab. cler. &  
mul.  
<sup>x.</sup> vid. dist. 21.  
22. 23.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

v. I.munerū. ff.  
de mu. & hon.

a. c.cleros.21.  
dist.

b. extra de vot.  
& vot. redēpt.  
Irē de decim.  
cum similib.

qui personali munere fungentes , præterant pani & alijs venalibus rebus, quæ ciuitatum populis quotidianum victimum suggerunt <sup>y</sup>. Et sunt qui- dem Episcopis coiuncti, qui dicuntur Canonici, qui quasi Magistratum & Senatum ecclesiasticum sustinent, qui tum scholæ Christianæ, tum ceremoniarum sunt custodes: Ut interim transeam, quod quidam etiam reperiutur archipresbyteri, tum vicani, tum urbici, qui ipsius Episcopi vices in quibusdam supplent, suffecti, ut videtur, in locum chorepiscoporum. Post eos sequuntur Parochi, ex quibus nonnulli abbates, præpositi, decani, pastores appellantur: & vocantur parochi, ab antiquis illis parochis, qui peregrinis, ut est apud Sudam, Salem & ligna præbebant. Atque his subsunt, tum monachi, qui à suis Archymandritis, ut plebem Christianam aliquando instituant, erudiuntur: tum canonici, qui quasi consiliarij habentur: tum denique vicarij, qui quasi vicarias operas subeunt. Ultimo loco sunt, qui simplici nomine presbyteri vocantur, in quibus sunt & qui facellani dicuntur, dicti presbyteri ab ætate grandiore: quod in eum ordinem non soleant adlegi alij, quam viri graues, honesti, ac docti, & ipsa canitie senectuteque venerandi. Differunt etiam inter se sacerdotes secundum locum & ordinem, quem tum inter sacrificandum, tum in pauperum procuratione sustinent <sup>z</sup>. Nam primus gradus defertur sacrificulo, qui præci- puas partes obit in re diuina facienda. Posterior ei, qui Sacorū & hyp- reta dicitur in antiquis ethnicorum sacris, quos nos archidiaconos, dia- conos, & hypodiaconos appellamus: Postremus Acolythis, quales sunt Pyrphori, Cathartæ, Neocori, Lectores, Cantores, Lybitinarij, Ostiarij, de quibus apud Rabanum, & Iulium Pollucem. Et Acolythi nominan- tur ab eo, quod licet expressim ad sacra non admittantur: non arcentur tamē à sacris cum reliquo vulgo, quod prophanum est. Nunc autē, quod secundū veteres sacerdotū nonnulli sacra sustinent, nonnulli prædicto- rum à vatis interpretationem, nonnulli sacras epulas, nonnulli pom- pas, ludos, supplicationes, funera, partim ex ijs quæ dicta sunt, partim ex ijs quæ sequuntur, licebit intelligere. Rerum sacrarum Aliæ referuntur ad Diuos, Aliæ ad homines, Aliæ ad mortuos. Ad Diuos adhibentur pri- mū supplicationes, quales sunt Lustrationū, Ambarualium, Ambur- biorum, Lectisterniorum: deinde vota <sup>b</sup>, veluti cùm deuotiones sunt, euocationes, oblationes donariorum, primitiarum, decimarum cū alijs eiusmodi. Tertiò sacrificia, quibus vel expiatur malum suscep- tum, vel aguntur gratiæ pro acceptis beneficijs, vel rogatur ac petitur aliquid. Et ratio quidem sacrificandi, partim constat ex præcidaneis hostijs, lu- strationibus, ieiunijs, hymnis, eleemosynis, partim ex succidaneis, tum conuiuijs, tum victimis: partim denique ex sacrificijs ipsis, quæ tum vo- ce peraguntur & carmine, tum corporum vario cultu, statu, motu & fle- xu: tum rebus ipsis & hostijs vel animalium vel aliarum rerum. Nam haud parum interest, quibus rebus vel animalibus, nunc his nunc illis sacrifices, Taurum (inquit ille) Neptuno, taurum tibi pulcher Apollo, Nigram Hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam. Quæ hominibus exhibentur sunt spectacula, ludi, pompæ, consecrationes, leges, & foedera. In spe-

In spectaculis sunt Naumachiz, Venationes, Pugnæ gladiatorū, athletarum, myrminoum, leonū, elephātorum, pardorum, hominum. In ludis sunt, qui vocantur apud Romanos, Troiani, Capitolini, Seculares, Romani, Plebēi, Circenses, Scenici, Comici, & Tragici. Pompæ cōstant, subinde puerorum, virginum, & adolescentium ordinibus: subinde ridiculis quibusdam & formidolosis oscillis, manducis, Ciceris: Subinde denique thensis & vehiculis Deorū. Consecrationes sunt, quæ per Pontifices & Sacerdotes rite fiunt, cùm vel ipsi homines, vel res aliquæ Diis immortalibus offeruntur ac destinantur. Leges sacratæ sunt, (authore Liuio) in quibus eius caput, qui contra eas fecerit, Iovi Opt. Max. sit sacrum, quo quidē pertinet illud Vergili, Fas mihi Graiorum sacrata resoluere iura. Fœdera sunt conuentiones, quæ fiunt per pacem, quoties duces belli inter se paciscuntur, admotis sacris, & iurisfirandi religione, exstantq; eorum exempla apud Homerum in Iliade, & Maionem in duodecimo Aeneidos. Quæ ad funeralia sacra pertinent, sunt conclamations, cuerricationes, naniæ, exequiæ, parentalia, ludi, viscerationes, anniversaria cum nonnullis alijs, de quibus longum est plurius hoc loco tractare.

c. I. conuentio-  
num. ff. de paci.

## DE APPENDICIIS SACRORVM.



V AE de appendicijs sunt rerū sacrarū, vel pertinent ad personas, vel ad res. Personas distinguit Diuus Hieronymus his verbis: Duo sunt genera Christianorū. Est autē vnu genitus, quod mancipatiū diuinō officio, & deditū cōtemplationi & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare cōuenit, vt funē clericī, & Deo deuoti, videlicet cōuerlī. Cleros enim græcē, Latinē fors; Inde huiusmodi homines vocatūr clericī, id est sorte electi, omnes enim Deus in suos elegit. Hi nanque sunt reges, id est se & alios in virtutibus regētes, & ita in Deo regnum habent, & hoc designat corona in capite. Hanc coronā habent ab institutione Rōmanā Ecclesiz, in signū regni, quod in Christo exspectatur. Ratio vero capitū, est temporalium omnium depositio: illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Aliud vero genus est Christianorum, vt sunt Laici: *λαός* enim græcē est populus Latīnē: his licet temporalia possidere, sed non nisi ad usum. Nihil enim ministerius est, quam propter nummum Deum cōtemnere: his concessum est uxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes super altaria apponere, decimas reddere, & ita saluari poterunt, si via tamen beneficiendo evitauerint. Hactenus Hieronymus: Coherēt autem cum personis, sponsalia, matrimonia, diuorsia, quæ etiā inter laicos celebrantur, tamen sunt eius conditionis & naturæ, vt inauspicato fieri non debeant, habeturq; in illis non solū ratio cōsanguinitatis & affinitatis: verū etiā cognationis, quam vocat, spiritualis. Res opes, vel sunt prophanz, vel sacræ. Prophanas yoco, in quibus nulla nec religionis, nec diuini officij ratio habetur. Sacras vero,

a. c. duo. ii. q. j.

c. tot. tit. entr.  
de cognat. spiri.

h

quæ vel

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

d. entr. de pres-  
vi. & dig.

que vel sunt in vsu sacrorum, vel in pecunia eorum qui sacra tractat, vel mediz. Primi generis sunt, quae ad ministerium sacrificiorum consecrantur, ut vestes, calices, vrecoli, & si qua sunt alia ministratoria. Secundi, possessiones, fundi, redditus, & similia, ex quibus vietus & cultus quotidianus reficitur ijs, qui templo & altari seruiunt. Tertij deniq; , decimaz, oblationes, primitiæ, prebendæ, beneficia, que vel cum dignitate sunt coiuncta, ut Episcoporum, Prepositorum, Decanorum, et similiu: vel cum animorum curatione, ut pastorum, parochorum: vel media, quae simpliciter beneficia vocatur sive prebendæ, cuiusmodi sunt Canonorum, vicariorum, & aliorum: de quibus paucim nimirum multa: Nam nos nunc eorum redacti sumus, ut vix leuiter degustatis primis illis & præcipuis iuris pontificij partibus, in his adiectionibus & parergis cognoscendis, præcipuum laudem & operam ponamus: quod quidem quam recte fiat, relinquo alijs cogitandum. Illud rectius ex istis annotari potest, eam esse sacrorum vim & naturam, ut homo, non solum se ipse diuinis contemplandis & colendis dedere possit: verum etiam omnia, quae caelo & mari terraque continentur, quæque supra sunt & subter, ad diuini numinis cultum & ministerium traducere.

## DE REBUS HUMANIS, SIVE DE IURE CIVILI.

a. §. huius. Inst.  
de. iust. & Iur.



ERVM humanarum & ciuilium distinctio, proxime ad naturam accedit humanam: estque, ut saepe diximus, ad illius imitationem, præclara quadam & prope diuina ratione constituta: Quemadmodum enim alia sunt in corpore humano membra, quae ad tortus sustentationem pertinent, ut caput, cor, iecur: alia, que certum quendam & definitum speciatim presentent etsi, ut brachia, manus, & pedes: Ita etiam rerum ciuilium, quendam publicæ sunt, & ad totius Reipublicæ statum pertinentes, quendam verò priuate, quae ad singulorum utilitatem referuntur. Et rursum, quemadmodum animus, tum ratione continetur, tum animositate, tum cupiditate: ita etiam in ciuitate, alij sunt principes, penes quos sit dominatus: alij milites, quibus defendendæ ac tuendæ rei cura committitur: alij denique questores, qui pecuniam populi querunt, & administrant. Estque ex his duabus diuisionibus natum, ut aliud sit iure ciuile, Aliud foeciale, Aliud questoriū, Aliud Priuatū, de quibus singulis explicandum. In iure ciuili, cum partim hominum, partim locorum, partim temporum, partim rerum habeatur ratio: Primū dividuntur homines quinq; ferme modis, Pro loco, Pro facultatibus, Pro ordine, Pro iure, Pro dignitate. Pro loco quidem, veluti cum totam urbem, certis quibusdam regionibus distinguimus, & in tribus aliquot ac euriis partimur. Nam ea diuisione, cum ad populi conuocationem est necessaria, tum ad suffragiorum collectionem, tum verò ad stationem designationem. Pro facultatibus, alij sunt qui vocantur classici, ut qui aliquæ in celsis professione locum obtinet: Alij proletarij, sive capitæ cœsi, qui vel liberis opera dādo, profundunt Reipubli-

Reipublicæ, vel numerum & multitudinem ciuium auctiorem faciunt. Estque eius distinctionis usus in illo positus, ut constet, quæ ratio tributorum, exactionumque haberi possit, quæ non. Ordines in Romana Republica fuere tres. Senatorius, Equestris, & Plebeius. Senatorius est, Patriciorum, qui à primoribus centum patribus, quos Romulus elegerat, & ab ætate Senatores vocauerat, profecti sunt. Equestris equitum, quæ ordiné primū stabiluit, in cōsulatu suo M. Cicero, ex eo se natum & prouectum dices. Et distinguimus equites in Tribunos æris, Selectos, & Iudices. Plebeius, agricolarum est, opificum, & mercatorum, & eorum, qui publicis sumendis operam nauant. Nam quemadmodum Senatores & Patricios tunica separat ab equitibus: Ita rursum equites à plebeis, annulus, qui primò ferreus erat, mox aureus, vnde ius aureorum annulorum<sup>b</sup> descendit. Et sanè, quemadmodum inter ciudem generis animalia contingit, ut alia generosa sint, & alto animo prædicta, alia contraria, humilia & abiecta: ita etiam inter homines naturaliter euenerit, ut alij heroicum, nobilem & omnibus virtutum generibus exagratum animum, habeant: alij contraria, demissum, ignobilem & humili semper repente: estque valde necessarium in omni Reipublica, ut eorum inter ipsos distinctio habeatur, & eximiarum præstantiumq; virtutum præmia quædā et honores cōstituantur. Pro iuris ratione ac diuersitate, quidam sunt domestici, quidā externi<sup>c</sup>. Nam ut distinguatur, qui quorum munera sunt capaces, qui non, qui legittimas nuptias<sup>d</sup>, conventiones, actiones, instituere possint, qui non: apprime utile est, ut videamus: quomodo ciues à peregrinis: hostes ab amicis: foederati à socijs: discernantur. Et quantū quidē ad domesticos attinet, eorum nonnulli sunt, qui vocantur incolæ: nonnulli, qui municipes & ciues: nonnulli denique, qui eximij. Incolæ sunt<sup>e</sup>, qui nullū ciuitatis ius habentes, domiciliū solum in ea contulerunt, quiq; intantum debent ijs magistratibus parere, apud quos incolæ sunt, ut cum per se, capessendorum munera ius non habeant: necesse tamen, si imponantur, ea debeant subire<sup>f</sup>. Nec tantum qui in oppido morantur, incolæ sunt, sed & qui in alicuius oppidi finibus ita agrum habet, ut in eum se, quasi in aliquā, sedem recipiat. Municipes<sup>g</sup> proprio nomine sunt, qui munera & honorū sunt participes, etiam si alibi degat: sed per abusionem, ciues omnes, vocantur municipes, & sunt vel natuitate, vel manumissione, vel adoptione, vel priuilegio. Eximios vocamus eos, qui legibus municipalibus habentus sunt soluti, ut munera sui municipij sufferre non cogantur, licet ibi domiciliū habeat. Atq; hoc est<sup>h</sup>, quod dicitur, eum, qui senatoriam dignitatē adeptus est, municipem desinere esse, quantū ad munera, licet quātū ad honorē pertinere creditur, originē retineat. Extrēnorū populorū, Alij sunt coloni, Alij bello victi, Alij clientes, Alij peregrini, Alij hostes. Coloni sunt, qui ex maioribus urbibus, in minores urbes, quasi quædā ex anima populorū, mutantur: à quibus & Colonis leges, ut auctor est Varro, nomē habet. Et sūt ex ijs nonnulli, quātū qdē ad Romanorū attinet colonos, quib; ius Italicū est, collatū<sup>i</sup>, ut Phoenices, Venețes, Heliopolitanī, Raccenses, Lugdunenses, Agrippinenses, in Germania, in Gallia.

b. totò tit. ff. de  
Iur. aur. ann.

c. 1. quida m. ff.  
de poen  
d. §. j. Inst. de  
nupt.

e. 1 pupilli. §.  
incola . ff . de  
verb. sing.  
f. 1 incola. ff. ad  
munic.

g. 1. ff. ad mun.

h. 1. municipes.  
frat municipal.

i. 1. ff. de officiis

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

vt inquit Paulus, inferiori. Estque eius iuris illa vis ac potestas, vt immunes eos tributis faciat, cum reliqui omnes, tam pro capitibus suis quam pro possessionibus, certas peniones annuas prestatare compellantur. Qui bello victi, in potestatem Romanorum & ditionem cōcedunt, vel sunt serui, vel dedititiij, vel latini, vel ciues Romani. Serui sunt, qui iure gentium dominio alieno contra naturam subiiciuntur: appellati ex eo, quod imperatores captiuos vēdere, ac per hoc seruare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt ab eo, quod ab hostibus manuabantur<sup>1</sup>. Nec absunt ab ijs longe, qui adscriptitij, coloni, inquilini, addicti glebz nominantur, quanuis eorum paulo melior sit conditio. Dedititiij dicuntur, quibus propter ditionem, postquam semel victi rebellarūt, vita seruatur, si armis positis, ad imperatorū fidem confugiāt: & relinquunt quidē illis imaginaria quædā libertas, sed tamen infamia labi aspersa, legē lata, vt ad veram libertatē propter perfidiam nunquam possint peruenire, estq; ditionis forma huiusmodi: Estisne vos legati oratoresq; missi à populo Collatino, vt vos populumq; Collatinum dederetis? Sumus. Estne populus Collatinus in sua potestate? Est. Deditisne vos populum Collatinum, vrbē, agros, aquam, terminos, delubra, utensilia, diuina humanaq; omnia in meam populi Romani ditionem? Dedimus. Et ego recipio: Atq; huiusmodi deditis, imponit victor leges, quas vult. Latini sunt, qui tributis imperatis, suis legibus relinquuntur, & reuerā liberi manēt, sed iura ciuium Romanorū nō adipiscuntur: sic dicti, quia Romani primum omniū exercuerunt hanc liberalitatem in Latinos, quia scilicet ipsa Roma pars est Latij, quos post deinde ciuitate quoque donauerunt, seruata differentia inter provinciales<sup>m</sup> & Latinos tantum. Ciues Romani sunt, quibus ius ciuitatis conceditur, vt est patriæ potestatis, testamenti factionis, adoptionis, gentilitatis, agnationis, Legionariæ militiæ, adipiscendorum Romæ honorum, Togæ ferendæ, & timiliū. Clientes sunt, qui sua sponte, vel nunquam capti, vel vtrō positis armis, ad fidem Romanorū confugiūt, qui et liberi populi vocatur. Nam quēadmodū<sup>n</sup> clientes nostros intelligimus, liberos esse, etiam si neque auctoritate, neque dignitate, neque iure nobis pares sunt: sicut et eos, qui maiestatem nostram communiter conseruare debet, liberos esse intelligendum est. Et sunt horum, Alij foederati, Alij socij, Alij amici, Alij municipes, Alij ciues Romani, qui & fundi populi, (vt ego quidem interpretor) dicuntur. Peregrini sunt, quibus nulla cum Romanis iura ciuilia sunt communia, sed gentium solummodo: & ideo qui deportantur<sup>o</sup>, ad peregrinitatem redigi dicuntur, vt scilicet ea quidē, quę iuris ciuilis sunt, nō habeat quę verò iuris gentiū, habeat. Hostes definiuntur<sup>p</sup>, quibus belū publicè populus Romanus decreuit, vel qui ipsi populo Romano, quāvis tamē recētiore iure omnes, qui Romano imperio subditi non sunt, barbari, pro legitimis hostibus habeantur: ita vt non foliū prohibitū sit aurū illis prēbere, verū etiā, si apud eos forte inuentū fuerit, subtili ingenio auferre, præcipitatur<sup>q</sup>. Quę ad dignitatem populi maiestatēq; defendendā fit diuīsso, facit, vt partim sint p̄cipes, partim magistratus, partim ciues & subditi. Ac principum quidem & subditorum

*k. §. vlt. Inst. de libert.*

*l. §. serui. Inst. de iur. pers.*

*m. §. l. Inst. de vsucap.*

*n. 1<sup>o</sup> dubito.  
ff. de capt. &  
gall. u. usq;. 1<sup>o</sup>*

*o 1. sed & si hac  
ff. de ius. v. oq.  
d. 1 quædam. ff.  
de paen.*

*p. 1. hostes. ff. de  
capt. & postl. re.*

*q. 1 non solum.  
C. de commerc.*

Subditorum cùm nulla sit differentia, nisi quòd subinde vnius arbitrio rebus consulatur, subinde optimatum, subinde omnium, in quibus cunctis diligenter est prouidendum, vt cuique formæ Republicæ, suæ quoque leges accommodentur: tantum opus est, vt magistratum descriptionem paucis faciamus. Nam ex eorum præcipiè compositione, quod cuiusq; in Republica genus sit, intelligitur. Primus igitur ordo magistratum est eorum, qui in aula principis militiam aliquā obtinent<sup>s</sup>. Nam vt eos omittam, qui vel hanc, vel illam professionem sustinent, cuiusmodi sunt Medici, Grammatici, Tabularij, Scribæ, Logographi, Fabricenses, Nauicularij, Metallarij: reliqui omnes, tum publica obeunt, tam militiæ quam domi, vt Magistri scriniorum, Legati, Comites consistoriani, Silentarij, Primicerij, Comites qui prouincias regūt, Magistri equitum, Comites in militia: tum rei priuatæ curam gerunt, tā intus quam foris, vt Præpositi sacri cubiculi, Comites largitionum, Negotiæ, Cursores, Stratores, cum similibus. Secundus ordo magistratum est eorum, qui populi plebis uite tuitionem & quasi curationem suscipiunt, qui que principis vehementiam & ardorem suis intercessionibus tēperant ac restinguunt: Hi sunt qui apud Lacedæmonios Ephori, apud Romanos, tum Magistri celerum, tum Tribuni plebis olim sunt vocati: nec valde longè absunt ab ijs, qui Cancellarij hodie dicuntur<sup>t</sup>. De his habet Plato in hæc verba: Οἰδὲ οἷμα καθόδηνος ὑπέρ τις ἐστὶ τὰ μέλοντα προορήσῃ, δίδυμος ὑπέρ φυτικός τέρ τάρ βασιλικὸς γίνεσθαι, οὐ μονογενὴς εἰς τὸ μετριόν μᾶλλον σωματικὸς, καὶ μετὰ τόπον ἴτι, φύοις τὸς ἀντρωπίνου μεμημένη θία τίνι διωκόντες θυμῷ τάρ αρχήρ φλιτζακίνουσαν. Ίτι μητρός τάρ κατὰ γέρας οὐφρονεῖ δίναμον, τάρ κατὰ γέρος αὐδαδὸς ἔωμεν, τάρ τάρ ἀντά καὶ λίκεστης γεράτερος ισότιμορ οὐστὶ τὰ μήτηρα τάρ τάρ βασιλικὸς φοιτησαν διωκόνη, δι τῆς σπονδῆς ἡμῶν, ίτι παρηγόρησαν καὶ διμερίνην τάρ ἄρχηρ δρᾶν, οὐροῦ τάρ τάρ τάρ τάρ. Εφόρηρ δίναμον, γέρος τὰς κληροῦταις ἀγαθῶν διωκόνης, καὶ κατὰ δὲ τοῦτο τάρ λόγον, τάρ βασιλία παρεῖνται, η ἔρι τὰς σύμμακτος γενομένης καὶ μήτρος ἰχνουσα, οὐδεὶς διτέλε, οὐτογίας τοῖς ἀλλοῖς γένοις πατέται. Constituit eius pulcherrimum exemplū optimus princeps Traianus: nam cùm tribunatum militum Scirz traduceret, parazonium, quo pro dignitate cingēdus erat, nudum ei porrexit: At tales, inquit, enitem accipe, quem pro me ita domum strinxeris, si iuste imperauerero: quòd si perperam quicquam per me fieri cognoueris, eo in perniciem meā utaris, velim. Tertius ordo magistratum est eorum, qui in ipsa Republica moderanda ac gubernanda versantur, idque vel domi, vel in prouincia. Domi sunt, Consules, Senatores, Præfecti vrbi, Nomothetæ, Nomophylaces, Viri reipublicæ: constituenda, Jureconsulti, & omnes, qui totius ciuitatis curam gerunt: item Centumviri, Duumviri rerum capitalium, Aediles, Latrunculatores, Prætores, tum peregrini, tum urbani, tum fiduciocommissarij, & alij, qui rebus iudicandis præsunt: Adhæc, Præfecti vigilum, annonæ, viarum, Censores, Aediles, Monetarij, Gynçcomoni, Aenoptæ, Curatores fori, Episcopi, Deductores coloniarum, & reliqui, qui particulam aliquam ciuilis administrationis obtinent. In prouinciis sunt, Præfecti prætorio, Proconfuses, Legati, Præsides prouinciarum, cum suis officialibus & ministris. Prætor hæc tria genera magistratum, vix est ut vilum aliud (quantum quidem ego iudico) reperiri posse, quod non ad unum existit, accommodari queat. Casterum, quia

h. iij multi

<sup>s.</sup> de his. vid. tres post lib. Cod.<sup>t</sup>

<sup>s.</sup> vid. tit. Cod. de ali. & cancellar. iud.

<sup>t.</sup> de his. lib. pri mo digest. & Cod.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

multi sunt in ciuitate præter magistratus, qui publicis commodis & utilitatibus prospiciunt: prodita est, & alia quædam publicarum personarum distinctio, quæ omnes omnino cōpleteatur. Alij enim sunt, qui honores dicuntur gerere, Alij qui onera, Alij qui munera. Honores sunt, in quibus plus est dignitatis, quâ vexationis corporis aut animi: quales sunt Illustriū, Venerabiliū, Superillustriū, Spectabiliū, Clarissimorum, Perfectissimorū, Honoratissimorū hominum, sic enim distinguuntur. Onera autē<sup>a</sup>, solā curā & diligentia cōtinent sine vlla dignitate: qualia sūt Tabulariorū, Logographorū, Mastigophororū, et similiū. Munus ex utroq;<sup>b</sup> simul cōstat, & est officium priuati hominis, ex quo cōmodū ad singulos vniuersosq; ciues, rēq; eorū imperio Magistrat<sup>c</sup> extraordinario peruenit. Et est quidē subinde publicū, subinde priuatū. Itē subinde personale, quod animi pūsione, & corporalis laboris intētione, sine aliquo gerētis detrimēto existit: vt tutela, cura, defensio ciuitatis, Calēdarij cūratio, questura in aliqua ciuitate, Legatio ad census accipiendos, Angariarū prēbitio: Subinde patrimonij, in quo sumptus maximē postulatur, quodq; cū dāno administratis expeditur, vt Rei vehicularis munus, Nanicularis, & Decēprimatus: Subinde deniq; mixtū, quod partim animo laboreq; partim sumptu, conficitur: vt Decaprotiz, & Icolaprotiz: nam illi tributa exigētes, & corporale ministerium gerunt, & pro muneribus defunctorum, fiscalia detrimēta resarcīut. Verūm hēc haec tenus de personis, & carū diuisionibus in republica. Nā quōd per ætates etiā subinde distinguitur populus, nihil attinet hēc pluribus cōmemorare. Iam loca publica sunt, theatra, portic<sup>d</sup>, forū, basilicæ, pomeria, tépla, viæ, flumina, de qbus interdicitur sub titulo De locis & itineribus publicis: Item, N E Q U I D I N L O C O P U B L I C O V E L I T I N E R E F I A T. Tum autē, DE LOCO PUBLICO FRVENDO: DE RIVIS: DE FONTE: DE CLOACIS: DE FLVMINIBVS. Nam publici loci appellatio, quēadmodum Labeo<sup>e</sup> definit, sic accipitur, vt & ad areas, & ad insulas, & ad agros, et ad vias publicas, itineraq; publica pertineat. Ceterūm viarū<sup>f</sup>, quædā sunt publicæ, quædā priuatæ, quædā vicinales. Publicas dicimus, quas Grēci Basilicas, nostri Prætorias, alijs cōsulares & militares appellant. Priuatas, quas agrarias quidā dicūt. Vicinales, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducūt, quæ qdē ita publicæ sunt, si nō ex collatioe priuatorū cōstituātur. Temporū ciuiliū et publicorū, ea est ratio, vt dies omnes profesti, (nam de festis suprà est expositum) vel sint comitiales, vel fasti, vel comperendini, vel statii, vel præliares, vel iusti, Comitiales sunt, quibus fas est cum populo agere, & calata comitia celebrare, siue ea sint tributa, siue curiata, siue centuriata. Solentq; istis potissimum diebus, testamenta conscribi, & ea quæ vocantur publica iudicia, exerceri. Fasti sunt, quibus fas est lege agere, quibusq; certa verba legitima: D O, D I C O, A D D I C O, quæ maximē conueniunt actionibus in personam, prætoribus sine piaculo licet fari: Et contrā, nefasti sunt, quibus ea fari ius nō est, & si facta sunt, piaculum faciunt. Comperendini dicuntur, in quos vel vadimonium iubetur, vel stipulatio, siue iudicio iusti, siue de iudicato solvēdo, cōcipitur. Nam comperendinare propriè cit, in

*u l. honor. ff. de  
mun. & hon.*

*a. l. i. ff. de sau.  
& hon.*

*b. l. munerum.  
l. honor. ff. i. ff.  
de mun. & ho.*

*c.l. prætor. ff. pu-  
blico. ff. ne quid  
in loc. publ.*

*d d.l.i. prætor. ff.  
si quis nemine.*

est, in diem tertium iudicium differre, quemadmodum diffundere vel diffundere diem, in postridianum vel pomeridianum tempus rei cære. Stati sunt, qui iudicij causa peregrino condicuntur, à quibus illæ actiones, quæ condictiones dicuntur, nomen accipiunt: Nam èd pertinet, quod dicitur in legibus duodecim tabularū: **S I S T A T U S D I E S S I T,**  
**C V M H O S T B V E N I T O.** Præliares appellátur, quibus fas est res ablatas repetere per vindicationē, vel hostes bello lacerare. Iusti denique sunt, qui dantur iudicatis, ad soluendum iudicatum, sic appellati ab eo, quod ius tantisper stet, nec procedatur ad executionem. Rerum ciuiliū, nonnullæ pertinent ad utilitatem ciuitatis, nonnullæ ad voluptatem. Ad utilitatem pertinet, primò res annoria, canonq; frumentarius, cum omnibus ijs quæ exportantur & importantur. Secundò, res nummaria, cum ponderum & mensurarum tam siccorum quam liquidorum ratione, cumq; agrorum & finium, & omnium rerum quæ in longum & latum patent, dimensionibus. Tertiò, res aquatica, cùr qua tractatur, de cloacis, de fontibus, de riuis, de aqueductibus, & alijs similibus. Ad voluptatem referuntur, ludi, pancratice, pentathlē, maiumas, certamina, porticus, ambulationes, & si quæ sunt alia illius generis. Nunc verò ad rem militarem.

## DE RE MILITARI.



**V E M A D M O D V M** ad domesticas rationes rectè stabilidas, intestinumq; bellum prohibendum, comparata est ciuilium rerum scietia: ita iuris foecialis, & rerum militarium tractatio, ad hoc inuenta & excogitata est, vt libertas defendi, & exterminis hostis à cœruicibus nostris arceri ac subinquieri possit. Et quidem, licet veræ solidæque laudis & gloriæ, plus proficiuntur ex urbanis domesticisque rationibus: tamen bellicæ illæ virtutes & triumphi, nescio quo pacto, plus videntur habere splendoris & applausus popularis. An hoc sic ideo fieri dicemus, quia capitoliora præsentioraque videntur illa pericula, quæ disciplina rei militaris amouet illa verò, quæ ciuilis, tacita magis & occulta, & in ipsis Reipublicæ visceribus & medullis hærentia? ut res est, illud clarum & apertum est, antiquissimam esse rem bellicam, & cum ipsis ciuitatibus & rebus publicis, exortam. Nam vt à feris animantibus & beluis tuti essent homines, non dubium est, quin statim ab initio, se muris & fossis includere, arma expedire, venerationum varia genera excogitare, sint coacti. Idque sati & maiorum insignia significant, in quibus, aut leonem, aut ursum, aut elephantem, aut draconem occisum ferè videas: & ipsum quoque belli nomen, præ se fert, quod à beluis ductū esse, & Varro testatur, & suis quisq; sensib; comprehendere potest. Verum ipsi homines, ad bellū inter se faciendū, tunc primū sunt cōmoti, cū secundū proverbium, homo homini lupus esse cœpit; cūq; tā præfracti & obstinati sūt effecti, vt nō verbis amplius & iustis rationibus acquiescerent, sed sola vi ac minis, in officio retineri possent. Et est quidem omnis bellū, vel nauale, vel terrestre, pro numero cōtorum, in quibus hominū cōmœdia celebrantur. Et terrestre rursum, vel oppri-

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

vel oppidanum, vel campestre, pro vītā rusticā & vrbānā differentia. Nam partes eius, quibus explicatur, sunt partim homines, ut inquit Vegetius, qui bellum gerunt: partim res, quibus vel oppugnando, vel propulsando geritur. Idque aiunt significare Marōnem, cū statim in exordio sui operis, se arma simul & virum cantaturum pollicetur. Et quantum quidem ad homines attinet, exercitus omnis, cui ab exercendo nō men est impositum, tum auxiliarias foederatorum ac sociorum copias complectitur, tum legionarias, id est, proprias ac domesticas. Auxiliariorum quidem, qui extraordinarij dicuntur, circa Imperatoris ministerium versantur: qui verò ordinarij, in dextro cornu & sinistro constituuntur. Legionariorum autē, alios beneficiarios, & principes ponūt, Alios munifices. Principum tres ferme sunt ordines, Vnus est ipsius Imperatoris vel Consulis: item Legati, Præfecti castrorū, Magistri legionis, Iudicū, quibus adfunt, scribāz, primicerij, spiculatores & curiosi. Alter Tribunorum & præpositorum, chiliarchorum, primipilorum, ducenarionum, centurionum, primorum hastatorum, siue decanorū, quaternionum, in quorum comitatu sunt, accēsi siue supernumerarij, qui se illis præbent, donec locus fiat. Ultimus tandem, reliquorum omnium beneficiariorum, cuiusmodi sunt Augustales, Aquiliferi, Imaginarij, Singniferi, Draconarij, Optiones, Tesserarij, Campigeni, Metatores, Menforis, Stratores, Hippocomi, Tubicines, Cornicines, Buccinatores, Duplares, Torquati, Candidati, Liminarchē, Librarij, de quibus pluscula apud rerum militariū scriptores, Munifices<sup>b</sup> sunt, qui munera militaria obire coguntur: cuiusmodi sunt, excubiz, angarij, gestationes in vsum belli, decursio campi, erectio valli, atque id genus similia. Estque horum non vna & eadem conditio: nam præter hoc, quod alijs sunt equites, alijs pedites, diuiduntur etiam in antesignarios, hastarios, principes & triarios. Et sunt antesignarij, leuis armaturā adolescentes, quales sunt sagittarij, balistarij, funditores, pilani, ferentarij, proletarij, expediti, desultores, velites, velones, rorarij, gregarij, & omnes qui vno nomine præcursorēs appellantur & tumultuarj. Hastati verò illi, qui marciobarbuli nominantur, quique verutis ac plumbatis armati, stāt scutati ante ipsum agmen. Principes autem, qui primum hostium impetum excipiunt, quique cataphracti, & quantum fieri potest vndiquaq; muniti sunt, in quibus ferè omnes citrati, dupliarij, & veterani. Triariorum verò ordo, ultimus est, & pro muro siue vallo positus, quia nec cedere illi, nec insequī fas est. Illud breuiter admonendum, exceptis fabris, lixis, calonibus, & alijs qui gratia militum sunt, reliquos omnes, qui in expeditione versantur, quique sacramentum militare præstiterunt, siue auxiliarij sint, siue legionarij, siue beneficiarij, siue munifices, vno communi nomine milites appellari, quibus id nominis est collatū, aut à molitia, id est duritia, quam pro nobis sustinēt: aut à multitudine: aut à malo, quod arcere solent: aut à numero mille<sup>c</sup> hominum. Et sunt nonnulli Tyrones, qui in prima militiæ rudimenta ingrediuntur, qualia sunt, gressus, cursus, natatio, lucta, cū similibus. Nonnulli, veterani<sup>d</sup>, qui non sunt tyrones, & primos annos militiæ iam egressi. Quanquam & eorum,

b. 1. mun. ff. de  
verb. sig.

c. 1. i. ff. de test.  
milit.

d. 1. i. ff. de pri-  
u. veteran.

## DE IVRIS ARTE, LIBER SECUNDVS. 29

ēorum, Alij sunt volūtarij, Alij dati, Alij caligati, Alij electi, Alij ordinarij, Alij succēturiati. Rerum ad militiam pertinentium <sup>e.</sup>, sunt Imprimitis illæ, quibus homines, tum aluntur & exhibentur, vt annona militaris, & comeatus: tum vestiuntur & teguntur, vt paludamenta, saga, supellectilia, quæ à pellibus dicuntur <sup>f.</sup>, tentoria, papilioñes: tum conducuntur, vt stipendia, quæ à stipe nomen inueniunt: tum denique armantur, tam ad protectionem, vt galea, scutum, thorax, armilla, loricæ, balteus, ocreæ, perones, quām ad nocendum, vt ensis, gladius, spatha, dolon, sica, pugio, verutū, pilum, hasta, funda, telū: Deinde, illæ quibus loca muniuntur: vt mœnia, muri, portæ, arces, turre, cataractæ, quæ ad ciuitates pertinent: Item vineæ, aggeres, fossæ, porræ quæ ad castra: Tandem remi, scaphæ, vela, bipennis, asper, falx, quæ ad naues. Postremo rerum ad militiam pertinentium sunt illæ, quæ sunt ipsius quasi militiæ, in quibus sunt, tum arma vt cataractæ, turre, ambulatoriæ, scorpiones, arietes, plutei, telones, sambucæ, exostra, pontes, musculi, scalæ, cum similibus: tum signa, ex quibus vocalia dicuntur, quæ voce humana pronunciantur, sicut in vigilijs, vel in prælio, pro signo dicitur: semiuocalia, quæ per tubam, aut cornua, aut buccinam, dantur: muta quæ ad oculos referuntur, cuiusmodi sunt Aquilæ, Dracones, Vexilla, Flammulæ, Rufæ, pennæ. Sed de his iam satis. Nam de Sacramentis militum, De iure triūphandi, de cōmeatu, & missionū varijs generibus, Itē de castrēsibus & quasi castrēsibus peculijs, De ijs qui militare possunt, vel nō, De delictis, De iudicijs, De toto dēniq; iure militari, hoc loco tractare nō est prēsentis instituti. Nam id solum est nobis hīc propositū, vt capita quædam cuiusque rei, quæ in Republica versetur, annotemus. Et ipsa iura militaria, tam sunt libera, & à communib; iuris regulis, propter fauorem soluta, vt vix in artem cadere, & generali cognitione comprehendendi possint. Enimuerò, si de beneficijs & feudis aliquid dixerimus, nihil videbimus, vt puto, præter propositum nostrum facere. Nam tota ratio beneficiorum, quæ scilicet fidelis obsequij gratia dantur, nullas alias habet oportunitates, nec ad vllum præterea vnum est excogitata: quām vt sint generosi homines & præstantes in Republica, qui ad belli & armorum tractationem, totiusque ad e Reipublicæ defensionem, instituantur. Horum ergo quoniā plures & insignes sunt differentiæ, Primū Alia sunt Regalia, Alia nec Regalia. Regalia, quæ cum regali aliqua dignitate, vt Marchiæ, Ducatus, Comitatus, sunt coniuncta: quæq; à regia manu et liberalitate profiscuntur. Nec regalia, quæ vel ab alio q̄ ipso Principe conferuntur, vel à Principe quidem, sed sine vlo dignitatis & splendoris decore. Præterea quædam sunt, quæ vocantur nobilia, quædam quæ plebeia. Nobilia, quæ possessorem suum, in numérum & ordinem nobilium, reponut, vel si aliás est nobilis, tum sine vlla dubitatione, talem significant. Plebeia, quæ à paganis conceduntur, & præter munus & onus militare quod adserunt, nullam alioqui nominis claritatem pariunt. Quod autem nonnulli, ea quæ nobilia sunt, propter varios nobilitatis gradus, in totidem quoq; species distribuunt, reprehenditur à quibusdā, & nec ego id probandum censco: quoniā aliud est mediocritate

i differre

e. de his, ff. de  
re milit.

f. 1. labeo. ff. de  
supell. leg.

g. de his passim  
in vñb. feud. &  
ijs quæ ibi tra-  
cantur.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

h. 1 vlt. ff. de  
fund. inst. &  
inst. leg.

differre, aliud specie<sup>h</sup>. Iamverò, & Alia sunt beneficia ordinaria, siue recta: Alia extraordinaria, siue imperfecta. In rectis requiritur, vt pura sint, et in curia possessa, sine potestate reuocandi: Reliqua omnia, quæ vel tempore, vel certo seruitij genere finiuntur, quæcum pecunia data impetratur, aut aliquo deniq; alio modo recedut à vera et genuina natura beneficiorū, degeneratia dicuntur, & imperfecta. Sunt p̄terea quædā, quæ personalia nominantur, quæ scilicet cū persona intereunt. Nā cū ob bene merita, veterano alicui certa quædā p̄ficio, in singulos annos apponitur, eā, planū est, cum ipso homine extingui, & cū qui obnoxius est, ad illationē eius nō amplius cuiq; mortaliū teneri. Quod nōnulla sunt beneficia, quæ ecclesiasticarū vocantur, nouā etiā eorū specie efficit: nā sunt vel eius conditionis et naturæ, vt à nullo alio, q̄ clero possideri possint: vel eius, vt à nullo alio conferri & concedi: vel tandem, vt nec obtineri a profanis, nec dari aut irrogari possint. Planè quod subinde fœminorū beneficiorum fit mentio, satis significat regulariter solos masculos eorum esse compotes: Nec ad fœminas ullo alio modo deuolui, quā si id nominatim in lege, siue in conuētione prima, sit cōprehēsum. Nouū beneficiū, non alio nomine differt ab antiquo siue paterno, quā quod hoc à maioribus profectū, & per manus traditū, ad nostrā tandem peruenit possessionē: illud in nostra primū persona cōstituatur, et à nobis, ortus sui principatū, ducat.

## D E R E Q V A E S T O R I A.



Vnc abeo ad rei questorię explicationē, quæ quidē licet suprascriptis duabus partibus, nobilitate cedat et p̄stātia: tamē cōmuni vitę vsl et cōmoditate, nulla ei parte est inferior, facitq; copiosam & locupletē ciuitatē, & rerū omnium, quibus vita paratur, abundātia circumfluentē. Evidē, quēadmodum humana vita cōstare nequit, nisi vetriculi, intestinorum, iecoris, venarū et aliarum partium beneficio, cibus et potus per totum corpus deuachatur: ita nec illa ciuitas incolumis esse potest, quæ rei frumentariz, pecuariz, sagarię, & aliarum similiū copia destituitur. Idq; siue fiscum Principis spectemus, siue ærarium populi. Et ideo, quanvis nōnulli ex ijs, qui rem questoriā tractant, siue publica sint dignitate ac honore, vt mācipes, publicani, cohortales, discussores, arcarij, sygostatæ, decaproti, cartularij, tractores, & alij: tamen pleriq; omnes eorum magistratum & honorem gerere dicuntur, vt tribuni ærarij, procuratores<sup>a</sup> Cæsaris, fisci, patrimonij, rationis priuatæ, tamiaci, rationales, Antigrapharij receptores, magistri rationum, cum similibus. Omnia verò illa, circa quæ versatur res questoria, sunt duū generū: res scilicet, & pecunia. Res qđē ad vsum, vt frumentum, vinum, oleum, triticum, lignū, lana: Pecunia verò, ad cōmodā p̄mutationē: Nam quia nō semper b̄ nec facile cōcurrit, vt cū tu habeas quod ego desiderē, inuicē ego habeā quod tu accipere velis: electa materia est, cuius publica ac ppetua estimatio, difficultatibus p̄mutationum, & qualitate quantitatis, subueniret: eaq; materia, forma publica percussa, vsum dominiumq; nō tā ex substantia p̄bet, q̄ ex quātitate, nec vltrā merx vtrūq; est, sed alterū pretiū vocatur. Planè si qs in his rebus, cum laude

a. eit. de off.  
procurat. Cæsar.  
& rat.

b. 1.j. ff. de con-  
trahēd. empl. &  
vend.

## DE IURIS ARTE, LIBER SECUNDVS. 30

cum laude versari velit, scire debet, inquit Aristoteles, quantus sufficiat ciuitati sumptus, quantū copiarū sit, quod ex agro redeat, quantū quod aliunde inuehatur. Præterea quænā sint res, quæ importari exportariq; debeant, vt de ijs pacta cōuonta & quasi foedera, cū finitimis & cæteris populis cōstituātur. Qui de pecunijs cōciliādis est dicturus, primū nosse debet, quales & quot sīt redditus ciuitatis atq; prouēt<sup>9</sup>: deinde qua ratione vectigal, si quod nō videatur cōstitutū, addi præstariq; possit: & si quod parum reddere dicatur, quo pacto reformari augeriique debeat. Et sunt ad eā rē perdiscendæ atq; indagādē oēs impēsæ ciuitatis, vt quæ superuacuæ erūt, tollātur, & quæ superfluæ videbūtur, amputētur: neq; enī vna tantū ratione crescit opulētia ciuitatū, si nouus quæstus accedat: sed etiā illa, si minuātur impēdia. Et ad vidēda hēc atq; cognoscēda, nō modò requiritur ea prudētia atq; is vſus rerū, quē de moribus nostrē ciuitatis, nostro ingenio, studioq; cōparauim<sup>9</sup>: sed vt quā instructissimi paratiſimiq; ad hāc partē deliberationis videamur accedere, necessarium est rationes quoq; alias tenere, atque cōſilia quē ab alijs aliās ad huiusmodi causam inuēta & excogitata fuere. Ratio autē tā rerū quā pecuniarū cōficiēdarū in Republ. est triplex: vel ex patrimonialib<sup>9</sup> sacræ domus, vel ex vectigalib<sup>9</sup> & tributis: vel ex causis priuatis. Patrimonialia sacræ domus sunt, quē ita sunt Principis, vel Reipubl. quemadmodū patrimonia singulorū, siue p̄ veterē occupationē, siue p̄ traditionē ac mācipiū. Verū ea quæ ex his pueniunt, nō sunt in vna & eadē causa. Subinde dat ita sua colēda Princeps, quēadmodū prædia nostra vulgò dare solemus colonis nostris, & ea dicuntur mērē patrimonialia. Subinde sic, vt tā diu is qui accipit fundū, habeat eū, quādiu annuū vectigal soluat, et ea bona appellantur vectigalia<sup>c</sup>, siue emphiteuticaria. Subinde sic, vt is qui suscipit, officiū aliquod et ministeriū exhibeat tā ipse, quā hæres eius, tū in genere, tū in specie, veluti vt limites custodiat, quo casu prædia limitrophā dicūtur<sup>d</sup>, & generali nomine beneficiaria. Subinde deniq; ita, vt in totum quodāmodo abscedat res à Prīcipe, vel Reipubl. paucis qbusdā exceptis, veluti cū agri bello capti aſsignatur militib<sup>9</sup>, qui quōd certis finibus & limitib<sup>9</sup> dirigūtur, limitati vocātur<sup>e</sup>. Itē cū ea, quē post illā aſsignationē ſupſunt, quæ cū ſubcisiua tū extraclusa dicuntur, vt est apud Agennium Vrbicū, vel p̄ auctionē ſub hasta fiscali diſtrahūtur, vel in publicū addicūtur, vel certis negotijs aut collegijs destinātur. Atq; in iſtis hoc manet adhuc publicū, vt neq; vſucapi, neq; p̄ alluvionē crescere possint. Vectigalia, ſunt omnia illa quē Princeps p̄cipit ex alia cauſa, q̄ ſui patrimonij: vt annonā, canō, pensio, functio, vectigal, collecta, largitio, tributū, emphiteufis, locariū, ſolariū, capitatio, portoriū, officiu, cēlū, mun<sup>9</sup>, cōmīſum, exactio, decuma, ſtipēdiū, collatio, ſalariū, indictū. Quia enim Prīceps nō potest terra omnia et mari pacata reddere, aggeres munire, pōtes exſtruere, vias reficere, portus aperire, pilas in mare iacere, hostes amouere ſine ſumptu et impensis: cōueniens est, & rationi consentaneū, vt in eos vſus aliqua illi à ſubditis conferantur. Horū quædā petuntur extra ordinē, propter repētinas aliquas & magnas neceſſitates, quæ poſtulata dicūtur veterib<sup>9</sup>: quædā ordinariè, quē vel personis imponūtur, i ij vel rebus,

c. 1. j. ff. ſi. ag.  
vect. vel em-  
phyt. pet.

d. C. de fund.  
limitrop.

e. vid. l. in agris  
ff. de acqr. terū.  
dom.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

vel rebus, vel negotijs. Personarum sunt, capitaciones, cum in singula hominum capita, quae a principe defenduntur, aliquid exsoluitur: quibus accedunt ea quae commissa dicuntur, cum ob delicta, vel alias causas, bona in fiscum rediguntur, vel in publicum addicuntur. Rerum propriæ sunt, tributa, solaria, census, decumæ, munera: nam omnia bona sive ea sint mobilia & se mouentia, sive soli, in censum & professionem & venire debent, nisi immunitate fortè habeant: quo casu nihil planè penditur ex ijs, nisi quod subinde certo pretio constituto, fructus eorum vendi iubantur Reipublicæ. Cæterum alia, quae tributaria dicuntur & stipendiaria, vel certam inferut pensionem pecuniariam quotannis, vel decumas, quae censoria locatione in singulos annos elocantur. Sunt tamen nonnulli agri secundum Frontinum, qui tutelati vocantur, qui nec immunes sunt, quoniam ius Italicum non habent: nec tributarij, quia non bello deuicti: sed quoniam se vltro dederunt in clientelam & tuitionem Reipublicæ Romanæ, rationabile est, ut aliquid pro defensione inferat. Negotiorum obuentiones sunt, portoria, vectigalia, collectæ, locaria quae penduntur ob mercatus, nauigationes, euectiones, inuectiones, transvectiones, comutationes, & alia de genere eodæ. Quæ priuatim ciuitati necessaria suggerunt, sunt agricultura, coniuncta cum reliquis artibus manuarijs, & mercatura. Artium & agriculturæ est, ea præbere ciuitati, quæ domesticum solù profert, sive frumentariæ rē, sive pecuariæ, sive hortensem respicias, illaq; sic parare, ut non solùm necessitatibus nostris & vobis, ad cultū, victu & habitationē inseruiat: verum etiā, ut si modò luxuries absit & lautities, voluptatē & iucunditatē adferat: suntq; ad eam rē promouendā constituta iura, quæ Georgica dicuntur: & collegia sive corpora pistorum, fabrorum, pectorum, & aliorum porrò artificum, quorum usus necessarius est in Republ. Mercaturæ primū et maximū munus est, ut illa, quae superflua sunt, exportetur, ijsq; permutatis, rursum inuechatur, & per propolas & venalitiarios diuendatur ac distribuantur ea, qbus nos caremus. Nam sic per rerum naturā comparatum est, ut non solùm singuli homines, sine aliorum ope ac præsidio sibi non sufficiant: verum etiam, ut ne vna quidem toto orbe regio, gens, aut natio reperiatur, quae ita rebus et artibus abundet, ut ab omni parte per se beata sit, & aliarum regionum opem & auxiliū nō desideret. Quæ quidem res manifestè argumento est, non ad feram illam & immanem vitam nos fabricatos, & in lucem proditos esse, sed ad participationem vltro citroq; faciēdam, & ad communem tranquillamq; societatem colendā. Atque hinc adeò factum est, ut tota res nautica sit excogitata, ut nundinæ foraque constituta, vtque certa quædā sint condita & descripta iura, quæ mercatus vocantur, & apud omnes vbiique nationes valent, quemadmodum illæ olim Rhodiæ leges, quæ nauticæ dicebantur, in quarum hodie locum successerunt Visbeiae, ex nobilissimo Gothorum emporio Visbu, quod à Danis, Vandals, Russis, Saxonibus, Fresijs, Prussis, Estonibus, maximo confluxu frequentari solebat, profectæ. Et sane si iusto res humanas iudicio ponderare velimus, reperiemus negotiationem, non solùm non repudiandam, aut exterminandā, sed omnibus potius

f. ff. de public. vestig. & cōmis.

g. l. forma. ff. de censib.

h. §. per traditio-  
ne. Inst. de re-  
rum diuis.

i. l. cotem. l. vlt.  
§. diui. ff. de pu-  
blic & vestig.

k. vide. ll. georg.  
lust.

l. l. ex hoc iure.  
ff. de lust. & Iur.  
m. vid. ff. ad. l.  
Rhod. de iact.

potius modis, tanquam apprimè necessariā<sup>a</sup>, colendam & exercēdam esse, maximè cū multos sūmos viros, in quibus est Solon, Lycurgus, Plato, Aristoteles, mercatum exercuisse memoriz̄ proditum sit. Verūm quod tanta laborat vt plurimū inuidia, & quadam quasi nota infamie alpergitur, ex eo accidit, quod si modum egrediatur, luxum ferē pariat & infundat in rem publicam, & eos qui mercatum exercent, in inexplicabilem ferē auri & opum cupiditatem deducat. Atque ex ea quidem parte, quæ merces tractat, existunt s̄cē Monopolia<sup>b</sup>, & alij illiciti cōuentus mercatorum, qui magnam pestem & cladē adferūt ciuitatibus. Ex ea vero, quæ in pecuniarum permutatione consistit, (nam has duas partes P habet tota negotiatio) nascitur ut plurimū fœnus, quo nihil neque fœdus, neque turpius excogitari potest. His duobus vitijs sublatis, nihil video, cur non mercatus in rebus publicis, in precio haberī & colī dēbeat, prēcipue cūm summ̄ prudētia & authoritatis apud Gr̄ecos Plato, vt inq̄t<sup>c</sup> Callistratus, cūm institueret, quēadmodū ciuitas bene & beatē habitari possit, imprimis negotiatores necessarios esse dixerit, cuius verba hēc sunt: Δι' τές πλινθωγγάκα γενήσαντε καὶ τέρη ἀλλοι δεμιουργῶν, καὶ δι' τέρη ἀλλοι σικενόντων τέρη τε λιακόντων ἵκανα καὶ θεόγυτων, οὗτοι δι' αὐτοῖς ἴμποροι. Κομίσκοι δὲ εἰς γενῆσαν τέρη ἀγορά τι, ὡς ποιῶν τιαὶ ἀλλοι τέρη μιουργῶν τέρη μὲν τέρη ἀντὸν χρόνον ἕκατον τοῖς διοικεῖσθαι τὰ παρὰ ἀντὸν ἀνταλλαγὴς ἔργων τέρη δεῖσθαι. Λιακίσγριας καθίδησον ἐπ τῷ ἀγορᾷ; οὐδαμῆσο. ἀλλα τοι γένηται σφράγεσθαι τέρη διακονίακα τέρησον ταῦτα.

a. arg. 1. quod  
privilegium. ff.  
deposit.

b. vid. C. de mo  
nopol.

c. vid. l. in lego  
censoria. ff. de  
verb. signif.

d. l. 2. ff. de nūd.

## DE RE PRIVATA.

**R**ESTAT ut de iure priuato transigamus. Pertinet autē omne ius priuatum, vel ad personas, ex quibus constat<sup>a</sup> respublica: vel ad res, quibus homines exhibentur: vel ad obligaciones, quæ tum personarum sunt, tum rerum. Ac personæ quidem affectæ sunt inter se, & respiciunt se mutuò, quinque ferme modis: Vel enim considerantur ut vir & vxor, vel ut pater & filius, vel ut dominus & seruus, vel ut tutor curatōrue, & pupillus adultūs, vel ut cognatus & cognata. Prima & arctissima secundum naturam coniunctio, est maris & foeminæ, quæ sobolis proereādæ, & cōmunis coniunctus causa, coalescit. Nam nuptiæ nihil sunt aliud, quā viri & mulieris coniunctio, consortium omnis vitæ, diuini & humani iuris communictio<sup>b</sup>. Verūm non omnium vxorum eadem est forma. Quædam sunt quæ communes in iure<sup>c</sup> dicuntur, ed quod nō iustis nuptijs, secundum nostræ ciuitatis iura, copulatæ sunt, sed iure gentium solummodo: quædam verò legitimæ, quæ secundum obseruationem juris Romani ducentur, quæque aut matres familiarum sunt, aut tantummodo vxores. Matres familiarum quidem, si in manum conuenerint, ac mancipium viri, per coēmptionem, quæ coēmptio certis solennitatibus peragit. Nam in coēmendo interrogant se inuicem: Vir ita: An sibi mulier matrifamilias esse velit: Illa respōdet, velle. Itē mulier: An vir sibi paterfamilias esse velit, cui ille respondet, velle. Itaq; cōuenit mulier in manū, & sit viro loco filia. Quæ verò vxores tantummodo sunt, Aut fiunt

a. l. 1. ff. de fīa  
ho.

b. l. 1. ff. de rē  
nupt.

c. l. si vxor. &  
de adulter.

i iij per con-

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

per conferrationem, quæ solis Pontificibus conuenit, & initur certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solenni sacrificio facto, in quo panis quoque farœus adhibetur: Aut per usum & usucaptionem, ad certum tempus, quæ omnibus cōpetit. Et est generaliter iustū matrimonium, si inter eos qui nuptias contrahunt, connubium sit, & tā masculus pubes, quam fœmina potens sit, & utriusque consentiant si sui iuris sunt, aut etiā parentes eorum si in potestate sunt, nec debet mirū videri, quod in nuptijs contrahendis, quedam quasi emptionis & vēditionis species intercedit: quia et apud Noruagos antiquos, Danos, et Friesones, et passim apud oēs barbaros solent nobiles raptione, plebei mercatu, sibi uxores comparare. Planè concubinatus<sup>d</sup>, et si apud patres nostros toleratus est, non fert tamen verecundia nostrorū temporum, nec religionis ratio, ut amplius sufferatur. Sunt autē de appendicijs nuptiarum, sponsalia, dotes, repudia, diuertia, exhibitiones liberorū, qui fructus sunt matrimonij. Sed sunt liberorum, nā de ijs secundo dicere proposuimus, alij legiti, alij illegiti. Legiti, qui ex iure contracto matrimonio nascuntur, quod quidē si cōmuni omniū gentiū iure constitutū est, facit tātūmodo filios, si etiam Romanorum, filios familiarum, qui in potestate nostra mancipioque & sacris nostris sunt constituti. Nam ius patriæ potestatis, proprium est ciuium Romanorum: nec ulli alii sunt homines, qui tales in liberos habent potestatē, qualem nos habemus. Excepto, quod in potestate parētū sunt, etiā ijs liberi, quorū causa probata est, per errorē contracto matrimonio, inter dispares condignis personas. Nā seu ciuis Romanus Latinam, aut peregrinā, vel eā quæ dedititorū numero est, quasi per ignorantia vxore duxerit, siue ciuis Romana per errorē, peregrino, vel ei qui dedititorū numero est, aut etiā si Latino ex lege Aelia Sentia nupta fuerit: causa probata, ciuitas redditur, tam liberis, quā parētibus, prēter eos qui dedititorū numero sunt, et ex eo siūt in potestate parētū liberi. Nec sunt tantū in potestate naturales, sed etiā adoptiū<sup>e</sup>, idq; siue per populū sint arrogati, siue per prētorē, siue p̄ presidē. Illegiti liberi sunt, qui sine parētū matrimonio nascuntur, quorū tā est diuersa cōditio, ut Alij naturales tātū sint, qui ex cōsuetudine duorū liberorū & quorū inter se matrimoniū non est legib<sup>f</sup> prohibitū, edūtur: Alij spurij, qui ex nefario et scelerato coitu procreātur<sup>f</sup>. Seruorū, quorum tertius est locus, secūdū Hesiodum, in familia, quidā sunt manui & potestati nostrę suppositi, quidā liberi. Eorum qui dominij nostri sunt, et si Alij primi sunt actus, Alij medij, Alij infimi, Itē Alij ordinarij, Alij vicarij, Deniq; Alij urbani, Alij rustici, Alij Topiarij, Dietarij, Aquarij, Supellecticarij, Hostiarij, Balneatores, Cellarij, Muliones Venatores, Vestigatores, Monitores, Villici, Atrienses, Scoparij, Saltuarij: tamē quantum ad ius attinet, vna est omnium atq; eadē conditio. Eorum verò qui liberi, nōnulli ingenui, qui statim vt nati sunt, liberi sunt, & vel operā suā mercede locat, vel in clientelā alicuius se dedunt: nonnulli libertini, qui ex iusta seruitute manumissi, tum ad dedititorum, tum ad Latinorū, tum ciuis Romani statum perueniunt: nōnulli deniq; statuliberi, qui sub conditione testamēto liberi esse iussi sunt. Tutores dicti sunt quasi tutores, & dātur tam

d. ff. de cōcub.

e. §. I. Inst. de  
adopt.

f. I. ex cōplexu.  
C. de icell. nupt.

tam masculis quam foemini: Sed masculis quidem impuberibus duteat, iure veteri, propter etatis infirmitatem: Foemini autem, tam impuberibus, quam puberibus, & propter sexus infirmitatem, & propter forensium rerum ignorationem. Sunt vero tutores, aut legitimi, aut Senatusconsultis constituti, aut moribus introducti, auctore Vlpiano. Legitimi imprimis & per eminentiam sunt, qui ex lege duodecim tabularum introducuntur, seu propalam, quales sunt agnati: seu per consequentiā, quales sunt patroni. Deinde fiduciarij: nam qui liberū caput mancipatū sibi vel à parente vel à coemptore, manumisit, per similitudinem patroni, tutor efficitur, qui fiduciarius appellatur. Adhac cessici, quibus in iure tutela cessat est à legitimo tutore. Denique testamento nominatum dati: nam & illi, lege duodecim tabularum confirmantur his verbis: Vt legassit super pecunia tutelae suæ rei, ita ius esto, qui tutores datui appellantur. Senatusconsultis dantur, ut cum ex lege Attilia, Iunia, Julia de maritandis ordinibus, pupillis mulieribus, non habetibus, datur tutores, de quibus latius apud Vlpianum. Moribus tutor datur, mulieri, pupilloue, qui cum tutore suo lege aut legitimo iudicio agere vult, vt auctore eo agat, (ipse enim tutor in re suā author fieri non potest) qui prætorianus tutor dicitur, qd à Prætore urbis dari consuevit. Curatores inquit Vlpianus. Aut legitimi sunt, id est, qui ex lege duodecim tabularum dantur, Aut honorarij, id est, qui à Prætore constituantur. Lex duodecim tabularum, furiosum, itemque prodigum, cui bonis interdictum est, in curatione iubet esse agnatorum. A Prætore constituitur curator, quem ipse Prætor voluerit libetatinis prodigis, itemque ingenuis, qui ex testamento parentis heredes facti, male dissipant bona: his enim ex lege curator dari non poterat, cum ingenuus quidem, non ab intestato, sed ex testamento heres factus sit patri. Libertinus autem nullo modo patri heres fieri possit, qui nec patrem habuisse videtur, cum seruili cognatio nullā sit. Præterea dat curatorem ei etiam, qui nuper pubes factus, idoneè negotia sua tueri non potest. Coniuncti omnes aut sunt affines, aut cognati. Affines sunt, viri & vxoris cognati, dicti ab eo, quod duas cognationes, quæ diuersæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit. Namque coniungendæ affinitatis causa, fit ex nuptijs, quod etiam fit ex sponsalibus: nam Seruius recte dicebat, sacer & socrus, & generi & nurus appellationem etiam ex sponsalibus acquiri. Nomina eorum hæc sunt, sacer, socrus: gener, nurus: nouerca, vitricus: priuignus, priuigna. Cognati ab eo dici putantur, quod quasi vna communiterū nati, vel ab eodem orti progenitū sint, unde & consanguinei appellantur, Græcis συγγένεια. Et cognationis substantia bifariam intelligitur: nam quædam cognationes iure constituto, quædam naturali connectuntur. iure constituto, veluti cum iure ciuili per adoptionem consistit & copulatur cognatio. Itē, cum iure pontificali per baptismum. Iure naturali, cum per liberorum procreationem, augetur capita familiae. Sed hoc habet differentiā: nam Alia est cognatio naturalis per se sine ciuili, qualis est, quæ vel per servos, vel per foeminā descendit, quæ vulgo liberos peperit: Alia cōiuncta cum ciuili, quæ iustis nuptijs contractis copulatur. Gradus autem cognationis sunt, vel superio-

g. 1. nō facile. 1.  
seruus. 1. Iure-  
consultus. ff. de  
gradib. aff.

h. 1. 1. ff. de suis  
& legit.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

vel superioris ordinis, vel inferioris, vel à transuerso siue à latere, Superioris ordinis sunt parētes, quę vsq; ad tritanū apud Romanos proprio vocabulo nominantur: sed vltiores qui non habent speciale nomen, maiores appellantur. Inferioris, liberi, qui vsque ad trinepotem quidem suis nominibus vocantur, sed vltra semper posteriores. Ex transuerso siue à latere fratres siue sorores, liberiq; eorum, qui varijs vsque ad septimum gradum nominibus notantur. Primo <sup>1</sup> gradu sunt, pater, mater, filius, filia: Secundo, suprà auus auia, infrà nepos neptis, ex transuerso (nam in primo gradu nulli sunt à latere coniuncti) frater soror. Tertio, suprà proauus, infrà pronepos, ex transuerso fratris filius, & conuenienter patruus. Quarto, suprà abauus, infrà abnepos, ex tránsuerso fratris nepos, & conuenienter illi, qui eandem (vt dictum est) cum illis habet rationem. Quinto, suprà Atauus, infrà Atnepos, ex transuerso fratris pronepos. Sexto, suprà tritauus, infrà trinepos, ex tránsuerso fratris abnepos. Septimò, suprà tritai pater, infrà trinepotis fili<sup>9</sup>, ex tránsuerso fratris atnepos. Vltra hos septē gradus, vix est, vt quantū ad ius nostrum attinet, quicquam tractetur, quoniam vltra septimum ferè gradum, rerum natura cognatorum iura consistere non patitur. Illud non est ignorandum, ex cognatis eos, qui per fœminas coniunguntur, cognatos tantum vocari, eos verò qui per mare, agnatos, quod quidem nomen iuris ciuilis est, & tollitur per capitis deminutionem, id est prioris status commutationem, quæ pro numero capitum, quæ quis habet, vt est libertas, ciuitas, & familia, est triplex: Maxima, cùm & ciuitas & libertas amittitur: Media, cùm ciuitas quidem amittitur, libertas verò retinetur: Minima, cùm status hominis tantum immutatur. Hæc verò de personis. Rerū, quæ priuatim in republica versantur: Prima diuisio est, secundum partes: nam in his vel adspicitur substantia, quantum ad earum dominium: vel superficies, quantum ad possessionem: vel vtilitas, quantum ad vsumfructum, vsum & habitationem attinet. Secunda verò, secundum species, quæ varijs modis procedit: nam imprimis rerum, Aliæ sunt corporales, vt domus, fundus, seruus: Aliæ <sup>k</sup> incorporales, vt seruitutes, quæ vel sunt personales, vt vsumfructus, vsum, habitatio: vel prædiales, vt iter, actus, via, aqueductus, & similes, tam vbanorum prædiorum quam rusticorum. Nam quantum ad corporales <sup>1</sup> res attinet, tria sunt genera corporum, vnū quod continetur vno spiritu, & Græcè *σώματα* vocatur, vt homo, lignum, lapis, & similia: Alterum, quod ex cōtinentibus, hoc est ex pluribus inter se cohærentibus constat, quod *συνέμματα* appellatur, vt ædificium, nauis, armarium: Tertium, quod ex distantibus cōstat, vt corpora plura non soluta, sed vni nomini subiecta, veluti populus, grex, legio, Præterea, rerū Aliæ sunt mancipi, Alię nec mancipi: Mancipi res sunt, prædia in italico solo, tā rustica, qualis est fundus, quam vrbana, qualis domus: item iura prædiorum rusticorum, veluti via, iter, actus & aqueductus: Item serui & quadrupedes, quæ dorso colloue domantur, veluti boues, muli, equi, asini. Ceterę res, nec mancipi sunt. Elephanti & camelii, quanuis collo dorsoue dometur, nec mancipi sunt, quoniam bestiarum numero sunt. Ad hæc alię res sunt vniuersales, vt hereditas siue successio in ali-

i. 1.1.2.&3. ff. de  
gradib. aff.

k. §. j. Inst. de  
reb corpo. & in-  
corp.

l. I. rerum. ff. de  
vsumfructu.

in alicuius ius: Aliæ generales, ut tutela: Aliæ speciales, ut Stichus; fundus, domus. Porrò, Aliæ sunt in patrimonio, ut quæ singulorum esse possunt: Aliæ extra patrimonium, ut quæ cōmunes sunt, vel publicæ, vel nullius: Aliæ neque in patrimonio, neque extra patrimonium, ut seruitutes: nā hactenus sunt in patrimonio, quatenus sunt personarū, vel prædiorum: hactenus extra, quatenus propriè possideri non possunt, & ideo quasi possideri dicuntur. Iam verò rerum, Aliæ sunt iure naturali cōmunes, Aliæ publicæ, Aliæ vniuersitatis, Aliæ nullius, Aliæ singulorum. Communia sunt, aēr, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris: Publica, flumina, portus: Vniuersitatis, quæ in ciuitatib⁹ theatra, stadia: Nullius, sacræ res, sanctæ, religiosæ, de qbus pluribus est expositū. Singulorū, quæ cuiusq; dominio subiiciuntur: Nam tāta est hodie naturæ humanæ peruersitas, ut sine discordia rerum cōmunio seruari nō possit. Verū pleni perfectiæ; dominij tres sunt omnino partes, possessio, proprietas, & fructus, idq; pro numero eorum, quæ in quaq; re inueniri suprà diximus. Possessio appellata est, vt & Labeo ait, à pedibus, & est quasi pedum positio. Et est possessio vna naturalis<sup>m</sup> tantum, qualis est apud colonum & cōmodatarium, quæ subinde nuda detentio vocatur & nunquam adspirat ad dominium: Altera ciuilis tātum, quæ communitia magis est quam reuerà constans. Nam quod seruus qui in fuga est<sup>n</sup>, quod pignus apud debitorem possideri dicitur, propter utilitatem receptum est, vt procedat usucapiq;. Tertia Ciuilis & naturalis simul, cùm quis rei insistit, tanquam dominus, vel saltem dominij acquirendi animo, & ea demum vera perfectiæ possessio dicitur, lōgè differens ab ea, quam quis obtinet causi rei seruandæ, cùm in bonorum possessionem à prætore mittitur<sup>o</sup>. Proprietas siue dominiū subinde plenū est, et omnibus suis partibus absolutum: subinde verò minū plenum. Plenum est, in quo nihil desideratur: minū plenum, quod non est perfectum, veluti directum, quale est apud dominū rei emphiteuticarię vel beneficiarię: Utile, quale apud eum qui beneficium vel emphiteusim possidet: Quasi dominium, quale est apud eum, qui agit Publiciana: Cōmutabile, quale apud maritum, qui docē tenet: Superficiarium, quale apud eum, qui in alieno solo volente domino edificavit: Prædiale, quale eius, qui certos redditus ex aliquo agro percipit: Nam ager, præs siue prædiū est, qui omnipignoratus est: Ager, fundus qui liber est, & cuius dominium plenum haberi potest. Fructus rerum consistit, tum in vsu earum, cuiusmodi est calcei, ut induatur: domus, ut inhabitetur: Tum in perceptione alicuius ex ijs, veluti cùm ex fundo frumentum, ex horto poma percipi mus. Sed non omnium fructuum qui percipi solent, vna & eadē est natura. Quidam enim sunt ciuiles, Quidam naturales. Ciuiles sunt, qui ex mercatu & commercio rei proueniunt, cuiusmodi est pretium, usura, foetus, locarium, id quod interest, pœna<sup>p</sup>. Naturales trifariam estimantur: Aut enim si uante sponte constant, Aut industria hominis, Aut utroq; simul. Sua sponte proueniunt poma, salicta, sylvae: sola hominis industria, omnia quæ arte constant, veluti cùm ex ligno sit statua: ex materia, domus: ex auro, annulus. Narrata simul & industria, quæ curam & culturam requirunt,

m. 1. stipulatio.  
§. hac ff de verb  
obl. l.i. §. dejce-  
re ff de vi. & vi.  
armat. l. si eum  
qui ff de donat.  
inter. vir. & vx.  
n. l.i. §. per ser-  
uum. j. & 2. ff de  
acquir. poss.

o 1.3. in fi. ff. de  
acquir. poss.

p. 1. usura ff. de  
usura.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

requirunt, licet terra fœtu vel aialium proueniāt, vt triticū, oleū, vinū, mel. Acquisitio vel est singularū rerū, vel alicuius vniuersitatis: Singulē res acquiruntur, adiectione, occupatione, donatione, mācipatione, traditione, vſucapione, in iure cessione, adiudicatione, lege: Adiuci dicūtur ea, quē vel ex aialibus nostris nascutur, vel per alluvionē accedūt, vel per inædificationē, implatationē, inscriptionē, immisionē, cū reb⁹ nostris coalescūt: Occupatōnis species sūt, venatio, inuētio & captiuitas hosti⁹. Donatio, est doni datio, & cernitur in liberalitatibus inter viuos, in donationib⁹ causa mortis, dotib⁹; donationibus ppter nuptias, legatis, fideicōmissis et precario, Mācipatio est, ppria species alienationis rerū mācupi, & fit certis verbis, libripēde & quinq; testibus presentib⁹. Traditione, ppriè est alienatio rerū: nā nec mācupi rerū dominia ipsa traditiōe apprehēdim⁹, scilicet si ex iusta causa traditę sūt nobis. Et p nudā traditionē in eo casu videtur trasire dominium, in quo nascitur vſucapio pro suo⁹. Vſucapio autē est, domini⁹ adeptio per cōtinuationē posseſſionis anni vel biennij: rerū mobiliū anni: imobiliū biennij. In iure celsio quoq; cōmunis alienatio est et mācupi rerū, et nec mācupi, q̄ fit p tres pſonas in iure cedētes, vindicātes, addicētes. in iure cedit dominus, vindicat is cui ceditur, addicit prætor. Adiudicatione dominia nanciscimur per formulā Familię herciscūdæ, quæ locū habet inter cohēredes: & per formulā Cōmuni diuidūdo, cui locus est inter socios: & per formulā Finiū regundorū, quē est inter vicinos: Nam si iudex vni ex hēreditibus, aut socijs, aut vicinis rē aliquā adiudicauerit, statim illi acquiritur, siue mācupi siue nec mancupi sūt. Lege nobis acquiritur, veluti caducū, vel erexitū ex lege Papia Poppeia. Itē legatū ex Iego duodecī tabularū, siue mancupi res sint, siue nec mācupi. Per vniuersitatē acquirimus. Primo, si alicuius hēredes facti sumus, aut ab intestato, aut testamento: siue per scripturā, siue per nuncupationē facto: nā quātū ad codicillos attinet, nō potest illis hēreditas nec dari nec adimi, sicut nec per aliā minus solennem voluntatē. Secūdū, si alicuius bonorū posseſſionē à Prētore petierimus, siue cōtra tabulas, siue secūdū tabulas, siue ab intestato, idq; vel vt liberi, vel vt agnati, vel vt cognati, vel vt ex familia, vel vt patroni, vel vt vir et vxor. Tertiō, si quē arrogauerimus: nā cū is in leges et potestatē nostrā trāsit, simul etiā trāfundit in nos suarū rerū omniū dominiū. Quartō, si alicuius bona libertatū cōseruādarū cauſa nobis addicta fuerint, eo sci licet casu, quo alius nō inuenitur hēres. Quintō demū, si succedam⁹ per bonorū vēditionē ex Senatuscōsulto Claudiāno, quod nūc sublatū est. Dictū est de rebus, seq̄tur de obligationib⁹. Obligatio est iuris vinculū, quo necessitate adstringimur alicui⁹ rei soluēdē, secundū⁹ nostrę ciuitatis iura. Nascitur autē ois obligatio, aut ex cōtractu vel quasi, quod propter rerū vltro citroq; cōmercia cōstitutū est: aut ex delicto vel quasi, quod propter hominū securitatē, & faciliē coniūctum introductum est. Contractus oēs, vel re cōtrahuntur, vel voluntate, vel vtroq; simul. Re cōtrahuntur, cū res intercedēs, parit ex se obligationē, vt in mutuo, cōmodato, deposito, pignore. Volūtate, cū negotiū animō peragiture et cōſensu, idq; tū tacitē, vt cū res inuētē & illatē in p̄fidiū cōductū pignori opponi

q. vid. ut. pro  
ſu. ſ.

z. §. 1. Inst. de.  
oblig.

opponi intelliguntur ipso<sup>a</sup> facto. Tum propalam & expressim, quod fit subinde, nullo tractatu habito, per pollicitationē<sup>b</sup>, quę est solius offerētis promissio: subinde intercedēte pacto, siue conuētione, quę est duorū pluriūmuc in idem placitum & cōsensus<sup>c</sup>. Sed pactorum, Alia sunt nuda, Alia stipulatione siue iureiurando constitutoū confirmata, Alia litteris cōprehensa. Nuda sunt, quę vel solo nutu, vel nuda narratione sine villa solēnitate concipiūtur, et non pariunt obligationē; litiū vitandarū causa, nisi nominatum sint approbata, vel in certum aliquod & speciale nomē trāfēant, vt emptio locatio, mandatū, societas<sup>d</sup>. Stipulatio est verborū cōceptio, quibus is qui interrogatur, daturū facturū ūe se id, quod interrogat<sup>e</sup> est, respōdet<sup>f</sup>. Ideo proculdubio inuēta, vt ne temere vagetur populus in negotijs contrahēdis: sed habeat aliquid, in quo acquiescere & pedē suū figere possit, & habet quoq; locū in obligatione debitoris, si aliquis fideiusslor accedat: nā ille, qui personā fideiusslori tradit, interrogatur: istū fidē tuā esse iubes? & ille respōdet, fidē meā esse iubeo. Literarū obligatio habet locū in trāslationibus debitariū: nā si qs nobis pecuniā debeat, possumus debitorē nostrū cōpellere, vt pecuniā, quam nobis redditurus erat, alteri se caueat redditurū. Neq; potest ei, cui pro nostro debito cauet, de cauto & non numerato, sicut fieri solet, aliquid disputationis adferre, cūm id quod à nobis accepit, alteri cauerit redditurū: nec potest ei, nisi literis obligatio fiat, aut à re in psonā, aut à persona in personā, dari. A re in personā, veluti si id, quod ex emptione aut cōduktione aut societate debes, alij reddas. A persona in personā, veluti si id, quod mihi alter debet, alteri psonz delegē, vt mihi reddere debeat: & hoc illud est, quod apud Terentium dicit Phormioni Demipho. Sed trāsi sodes ad forū, atq; illud mihi agētū iube rursum rescribi Phormio. Cui ille respōdet. Quod? Nę ego perscripsi porrò illis qbus debui. Tunc re simul & voluntate dicitur cōtrahi, quando nec rei interuentus per se sufficit, neq; etiā sola voluntas: quod quidē fit, cū neq; stipulatione, vel litteris, res est roborata, neq; propriū aliquod nomē cōuentionis & cōtractus habeat. Nam tūc nascitur extraordinarius cōtractus: do vt des: facio vt facias: do vt facias: facio vt des. Iam verò, quōd ex nōnullis cōtractibus res transit, vt ex empto vendito: Ex nōnullis tantūm vſus eius, conceditur, vt in cōmodato, locato conducto. Ex nōnullis, rei custodia cōmittitur, vt in deposito: Ex nonnullis, procuratio, vt in manda-  
to: nō est opus multis verbis prosequi, quemadmodum nec illud, quōd quidam sunt contractus principales, vt emptio, depositum: quidam accessorij, vt pignus, fideiussio. Item quōd in quibusdam, ambo contrahentes aqūe principales sunt, tam re, quām nomine, vt in societate: In quibusdam re quidem, sed non nomine; vt inempto vendito: locato conducto. In quibusdam nomine quidem, sed non re, vt in mandato, deposito, commodato, pignore: In quibusdam neq; re neque nomine, vt in stipulatione, literarū obligatione, mutud. Quasi contractus sunt, in quibus neque versatur delictū, neq; propriū contractus: sed subest tamē causa quādā obligationis: vt in negotijs gestis: in tutela: in ijs, quā impēsa sunt circa rem vel hereditatē cōmūnem: in iudebito k ij soluto<sup>d</sup>.

a. 1.4. ff. de pact.  
b. 1. pactū. ff. de  
pollicitat.  
c. 1.j. ff. de pact.

a. 1. Jurisgēt. ff.  
de pact.

b. 1.s. ff. de verb.  
obl.

c. 1. naturalis.  
ff. de præscrip.  
verb.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

d. I. ex maleficijs. ff. de act. & oblig.

soluto d. Maleficia omnia sunt vnius generis, & ex re consistunt, id est ipso maleficio: versantur verò vel circa res, vel circa personas, vel circa res & personas simul. Circa res quidem, si auferantur, vt in furto: vel si ledantur, aut corrumpantur, vt in damno iniuria dato, quod vindicatur per legem Aquilam: Circa personas, in iniurijs & conuitijs, quæ tum verbis, tum rebus cōtrahuntur: Circa res & personas simul, cùm per vim aliquid rapitur: vnde nascitur actio, quæ vocatur vi bonorum raptorum. Quasi delictum intelligitur, in iudice qui lité suam fecit: in eo qui effudit vel deiecit aliquid: et in domino deniq; , in cuius naui vel taberna damnum datum est. Præter istos constituenda obligationis modos, obligamur adhuc lege, iure honorario, necessitate, facto, de quib<sup>o</sup> apud Modestinum <sup>c</sup> latius . Nam lege obligamur, cùm obtéperantes legibus, aliquid secundum præceptum legis aut contrà, facimus. Iure honorario obligamur, ex his quæ edicto perpetuo, vel à magistratu fieri præcipiuntur vel fieri prohibentur. Necessitate obligantur, quibus non licet aliud facere quād quod præceptum est, quod euenit in necessario hærede. Ex facto obligamur, cùm in facto summa quæstionis consistit. Sed de rebus diuinis & humanis & earū summis capitibus haec tenus : Reletat vt de medijs dicamus.

e. I. obligamur. ff. de act. & obligas.

## D F R E B V S M I X T I S S I V E D E I V R E A V G V R V M.



I v s augurum, medium est inter diuinæ & humanæ res interiectum. Nam quemadmodum ius Pontijfiscale à sacerdotiis, Ciuale à magistratibus, ita istud à sapientibus prudenteribus & diuinis hominibus sustinetur . Cicero putat omnium, quæ in Republica versantur, esse maximum ac præstantissimum, si mōdō authoritati sit coniunctum : Et quidem non immeritò: nam si (vt inquit ipse) de iure quærimus, quid maius quād posse à summis imperijs, & summis potestatibus comitia tollere? concilia vel instituta dimittere, vel habita rescindere? quid grauius, quād rem suscepitam dirimi, si vñus augur aliter dixerit? Quid magnificètius, quād posse decernere, vt magistratu se abdicent cōsules? Quid religiosius, quād cum populo, cum plebe agendi ius aut dare aut non dare? Quid legem, si non iure rogata est, tollere? Prætereà nulla est gens, nullus toto orbe populus, apud quem non floruerit semper & in magno pretio sit habitum istud ius, cuique non & maximè saluti aliquando fuerit, vt ex omni vbiique memoria, tam sacra quād profana licet colligere. Partes verò eius sunt tres . Una politica, Altera sancta, Tertia diuina. Politica est, à qua graues & prudentes viri sive politici dicuntur, qui de rebus in ciuitate gerendis, & tota Republicæ forma constituenda deliberant: qualis fngitur apud Homerum Nestor, & quales reverè fuerunt septē illi Greciæ toto orbe celebres, sapientes: qualeſq; philosophi vbiq; omnes, qui cogitationes et curas suas ad cōmune aliquod Republicæ bonū retulerunt. Nam oēs illi ob præstantē et insigne sapientiam, diuini vulgò vo-

vulgò vocari solēt. Et si verum fateri volumus, certè rectissimè: nam aut me fallit animus, aut nihil est in humanis rebus, quod ad Deorum vim ha-  
tura mortali propriètate accedat, quam talis quedam præsensio, & scientia  
rerum futurarum, quæ cum mente ac sapientia sit coniuncta. An potest  
quicquam monstrari diuinius, quam in magnis Republicæ tem-  
poribus, aperte ac comuenienter de bello & pace in senatu tententiam di-  
cere? de custodia & munimentis regionis cōsulere? de comeatus impor-  
tatione, exportationeque, deque pecuniarum cōciliatione rationem ex-  
pedire? de omnibus denique negotijs, quæ in Republica versantur, cum  
adductis causis & rationibus, tum propositis antiquitatis & externo-  
rum populorum exemplis, quid in ijs metuendum, quid sperandum sit,  
cogitatione præcipere, & fusa latius oratione perpetua, explicare posse?  
Quid? an non hoc reuerà diuinare est? & non solum quæ ante pedes sunt,  
verum etiam quæ longè absunt, prospicere? & rebus præsentibus adiun-  
gere atq; annexete futuras? Pulchrè me hercule Cicero sic probauit illa  
diuinatricē iuris augurū partē, de qua mox dicem⁹, vt hāc, quæ ad agēdij  
cōsilia pertinet, certiore, & in vīlu frequentiore esse, arbitretur. Ecce  
quidem ab hac parte profectum, quod in ciuitatibus, magistris, docto-  
res, oratores, senatores, & alios, qui rem publicam re & consilio iuant,  
habeamus. Sancta huius iuris pars est, in consecrationibus, precatori-  
bus, & sacrificijs: nam quod certæ leges & ritus præscribuntur, quibus  
reges & principes inauguraruntur: quibus sacerdotes, pontificos, & magi-  
stratus creantur: quibus ciuitatum & templorum fundamenta iacum-  
tur: quibus nuptiæ, foedera populorum, & regum ieiuntur: quorum cuiq;  
dentissima passim exstant in sacris literis exempla: cui dubium, quin ab  
hoc augurum iure proficiatur? Præterea, quod liberis nostris moritur  
bene precansur: quod rem aliquam arduam & difficilem accessuris, felis-  
cem processum & exitum optamus: quod hostibus nostris & male me-  
rentibus dira omnia, & aduersa imprecamur, quæ & ipsa multis sacra-  
rum historiarum testimonijs conuinci possunt: nonne ex eodem quoq;  
fonte oritur & emanat? quemadmodum & illud quoque, quod pro mi-  
nis deprecādis, proq; tristibus ominibus auertendis, sacrificia nonnunq;  
& supplicationes ac lectisternia celebramus. Diuina huius iuris pars,  
tota consistit in rerū futurū præscientia, quæ apud Prophetas, Iudeis:  
apud collegū Augurū, Romanis semper fuit. Nam hoc à prima natura  
nobis est insitum, vt ea aueamus cognoscere, quæ à communi cuiusque  
fensi remotiora, & paulò longius posita videntur. Nec est vīla omnino  
gens, neque tam humana atque docta, neque tam immanis atque bar-  
bara, quæ nō significari futura, & à quibusdam intelligi prædictijs posse,  
fentiat. Sed sunt in vniuersum, prædictionum tres species siue gradus,  
Diuina, Naturalis, & quæ est contra naturam. Diuinitus sunt rerum fu-  
turum significationes, subinde per somnum & quietem, subinde vi-  
gilantibus. Per somnum quidem, veluti cùm afflatu dñini nūminis, vel  
sine ullis integrumētis, tū narratione rei facta, tum re ipsa, vel accidet, re-  
præsentata, vel contrā, sub muolucro quedam & ambiguo, quasi ani-  
ginate, quid futurum sit, accipimus. Vigilantibus vero, veluti cùm vel  
k iii sensibus

a. de cōsecratio  
i decretal. De sa-  
cram. vñct. extr.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

sensibus se offerunt diuinæ voces aut species, tum dubiæ, tum manifestæ:  
 vel animo à corporis obsequio abducto, idq; per furorem, vt loquitur  
 Plato, & alienationem mentis: quæ quatuor, vt ipse tractat in Phædro,  
 cōstat gradib<sup>o</sup>, Dionysij, Musarum, Apollinis et Veneris. Naturales præ-  
 dictiōnum rationes, quædam ab homine ducūtur, quædam ab ipso vni-  
 uero; quædam ab utroq; simul. Ab hominis natura proficiscitur, natu-  
 ralium somniorum interpretatio, lineamentorum corporis & habitus  
 oris inspectio, cum alijs eiusdem modi. Ex vniuerso adnotantur, syde-  
 rum in res inferiores contagia: quatuor primorū corporū Ignis, Aeris,  
 Aquæ, Terræ, variae significationes: animalium, & præcipue avium,  
 incelsius; volatus, garritus: Ab utroque simul manant, fortes & sorti-  
 logia. Quæ contra naturam mouentur, malo aliquo dēmone impellente  
 procurantur: qualis est falsa prophetia: peruersorū somniorum inieccio:  
 Goitia: Pharmacia: Necromantia: Schyomantia: Magia, cum similibus:  
 quæ omnia danunata sunt, non solum in hac nostra Christianorum re-  
 publica, verū etiā in illa Platonis, quæ secunda Socratis dicitur, & par-  
 tium etiam in antiquis: sed pleniū tamen in nouis Romanorū legibus,  
 in quibus Mathematici, & pleriq; oēs, qui etiā naturalibus prædictioni-  
 bus operā nauant, grauibus iudiciorū supplicijs subiiciuntur<sup>b</sup>. Licet enī  
 fortasse, quod non abnuo, pertineant quædam à rebus cœlestibus ad hu-  
 manas, quæ futurorū significationē præ se ferant: tamen tanta est propter  
 varietatē in illis difficultas, vt nihil veri & explorati, quodq; certò affir-  
 mari queat, elici, aut vllis temporū & euentuum obseruationibus reperiri  
 possit. Ne igitur ad illas artes, tanq; ad Sirenū scopulos, affixa sese frustra  
 trahant & cōsumat bona ingenia, néue ciuitates integras & populos,  
 fallis s̄epe vanisq; rumoribus impleat: salubriter constitutū & cautū est,  
 tā sacrī quā prophanis legibus, pœnis oībus & supplicijs obligari eos,  
 qui in huiusmodi sese inanibus & inutilibus studijs collocat & acquies-  
 cūt. Maximè cūm ipsi etiā genethliaci fateantur, nullas è syderū cursibus  
 & trajectiōnibus, tā ratas haberi posse vel in hanc vel in illā partē præ-  
 notiones, quæ nō sapientis mēte, ratione q; tanquam supra stellas posita,  
 & ex præstantiori quadā natura decerpta, reprimi, & aperte refelli pos-  
 sint. Cui & illud porrò accedit, quod cū diuitiæ, bella, honores, artes, de  
 quibus quotidie præagiunt, præter naturā sint, à syderum motibus, qui  
 naturales sunt, fluere & originē trahere dici non possint, quæ quidē res  
 omnē eorū disciplinā peruerit. Ut iam illud interim subtileam, quod  
 facilimus sit in ijs lapsus ad superstitionem & curiositatem. Quod qui-  
 dem vel solum debet tanti apud Christianos esse, vt etiam si alioquī  
 magnum adferrent rebus nostris adiumentum (quod sanè tantū abest,  
 vt etiam summum detrimentum importent) vt inquam nihilominus  
 reijs & exterminari deberent: idque videlicet propter periculum.  
 Nam quod iuslrandum priuatum, quod vindicta priuata, prohiben-  
 tur, propter solam hominum imbecillitatem comparatum est: ne sci-  
 licet facile in periurium incident, & in vindicando, cūm se tenere non  
 possunt, iustum modum & rationem egrediantur. Exceptis igitur  
 prædictionibus medicis, & alijs nonnullis, quæ à rerum naturalium  
 cursu

<sup>b</sup>. vid. C. de ma-  
the. & extr. de  
forti.

cursu certa quadam ratione colliguntur, nullas profectò video, quæ in populo Christiano probari debeant. Sed si quid est, quod diuinus ostenditur aut significatur, id solum animos nostros commouere, & fidem apud nos inuenire debet. Atque hac quidem re, ut puto, factū est, vt ius istud augurum, apud omnes olim populos honoratum, minùs hodie sit in celebri, & nō tā in predictionibus amplius, quām in magistris, doctoribus, sapientibus, consecrationibus & alijs, quæ sunt de eodem genere, consistat. Verūm hæc de diuinis, humanis, & medijs rebus, totaque adēd iuris materia, summatim dixisse sufficiat: nam quod circa vnum quodque caput, certæ aliquod quæstiones tractari possunt, veluti quid sit, quotplex sit, qualis sit, quas causas habeat, quos effectus, quod principium, quem finem, quæ contraria, quæ coniuncta, non pertinet ad nostrum institutum latius prosequi, sed sufficit obiter admonuisse.

## DE IVSTITIA PER RES DIFFUSA.



VNC porrò sequitur vt videamus, quomodo ius & iustitia per res superscriptas diffundi, & eas tanquam animus regere ac moderari debeat. Nā si de hominis natura disputaturi, nō satis habent, de ossibus, neruis, arterijs, venis, deq; tota corporis figura, dicere, nisi simul etiam animi vires & officia persequantur: non sufficit quoque ei, qui ciuilem sapientiam professurus est, rerum diuinarum & humanarum genera, partesq; conjectari, nisi iusti etiam ac iniusti vias ac rationes teneat. Quæcunq; igitur versantur in republica, & ad boni & quiique normam exiguntur, Alias insolubilia sunt & aly stata: veluti cùm<sup>a</sup> is qui quadringenta habet, postquam trecenta legavit, fundum centum aureorum legat, sub ea conditione, si legi falcidæ in suo testamento locus non sit: Alias & quidem regulariter, eiusmodi, vt certis iuris & iniuriæ regulis, includantur. Verūm ex his iterum, quædam sunt finita, quæ propriè suis temporibus, locis, rebus, personis accomodantur: vt cùm tractatur, an<sup>b</sup> præses in sua prouincia foenus exercere possit: quædam infinita, quæ generalia sunt & absoluta, & nec ullis omnino circumstantibus rebus alligata. Quorum rursum ea est differentia, vt alia ex cogitentur, & vt ita dicam, condantur ac fabricentur à legislatore: cuiusmodi est adoptio, vsucatio, testamentum, stipulatio, actio: Alia, vel natura, vel hominum solertia iam constituta, explicitur partim an sint, partim quæ sint, partim qualia sint: Nam cū agitur an omni argento legato, etiam pecunia numerata censeatur legata: Si pater & filius in eadem naui perierint, uter eorum prius putandus sit expirasse: totum negotiū est conjecturale<sup>c</sup>. Cū: verò queritur, quid tutela, quid testamentum, quid adoptio, quotplex obligatio, quotplex capitū diminutio, quotplex rerum diuisio & acquisitio, quid, quodque sit, in quæstionē venire dicitur. Cū tandem ambigitur cōcubinatus bonūmne an malū sit: foenus iustūne, an iniustū: honestū, an inhonestū: licitū, an illicitū: de illo solo tractatur, quale aliqd sit. Atq; ex eo sit, ut Quædam legib<sup>d</sup> imperetur, q; videlicet factū necessaria sit: vt parētib<sup>d</sup> & patrię obediens: Quædam prohibeatur, quæ oīnō pernicioſa: vt violētas manū adferre socijs:

Quædam

a. I. g quadrigenita. ff. ad leg. falcid.

b. I. præses. ff. & cert. pet.

c. I. qui dico. ff. I. & 2. ff. de reb. dub.

d. I. legis. ff. dell.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

e. l. sicut. C. de  
ad.

f. l. i. ff de peric.  
& commod. rei  
vend.

Quædam permittantur, ut quæ sui natura media sunt, & proprio cuiusq; iudicio relinquenda, veluti habere vel non habere contractum: Quædam denique suadentur, dissuadeantur, aut tolerentur, quæ neque hoc, neque illo modo constitui rectè possunt, licet vel in hanc vel in illam partem magis propedeant: veluti, ut ne patris sponsam ducas: ut ne vinū venditum cum iure possis, effundas: ut ne fœnus exerceas: ut ne in concubinatum te dedas. Sed è re est, ut videamus ordine de singulis, & reieçtis ad calcem circumstantijs & aystatis, dispiciamus, tum de ijs quæ à legislatore fiunt, tum quæ ille interpretatur an sint, quid sint, & qualia sint, & quomodo in ijs versetur. His enim bene cognitis & perspectis, puto nisi fallor futurum, ut ipsam veram germanamque legum condendarum artem & rationem, cuius gratia omnia haec tenus dicta sunt, cognoscamus: & quomodo suprascripta principia, rebus omnibus accommodari possint, si non plenè, perfectè, ac cumulatè, saltè aliquo rudi & inchoato modo, videamus.

## DE FICTIONE IVRIS, ET IIS QVAE LEGIMATOR IPSE DE NOVO FACIT.



a. §. 1. Inst. de  
exculcat. tut. &  
curat.

b. argum. §. 2.  
Inst. qd. ex caus.  
ma. no licet. l. si-  
ue possidetis. C.  
de probat. cum  
similibus.  
c. l. si duo. §.  
idem. ff. de iureiu.  
d. l. item. ff. de  
pact.  
e. l. vnic. C. de  
cad toll.

VANTVM ad primum attinet, duo sunt in legibus & republica, quorum non interpres, sed author est legislator. Vnum est, cùm fingit aliquid, & ponit esse id, quod reuerâ non est: veluti cùm vita functus superesse creditur: cùm is qui in utero est, pro iam nato habetur: Alterū, cùm facit & quasi condit aliquid, quod ad communem vitæ foriue vsum pertineat, cuiusmodi est tutela, literarum obligatio, acceptilatio, ceremonia. AC FICTIONE QVIDEM, ut de ea prius dicam, NIHIL EST ALIVD, QVAM CONSTITUTIO IVRIS, QVA ID QVOD NON EST, NEC BASE POTEST IN SPECIE, LICET IN GENERE POSSIT, HABETVR PRO EO, AC SI ESSET, ID QVE ALICVIIS MAIORIS ABSURDI VITANDI, VEL BONI CONSTITVENDI CAVSA. Quod primo dicitur CONSTITUTIO: significat, non à naturali, sed à commentatio iure proficii fictionem. Et verbum IURIS cā habet vim, ut excludat priuatos homines, quibus nō est permisum fingere, nisi legis autoritate fulciantur. Quod verò id tantum versari dicimus in fictione, QVOD NON EST: ad præsumptionem iuris remouendam pertinet, quæ<sup>b</sup> ex ijs solūm, quæ reapse confidunt, enascitur: cùm fictio ex ijs, quæ apertè falsa sunt, constet: veluti cùm cum pro herede furis conuenimus, qui ipse contraxit furtum. Quanvis tamen in nonnullis speciebus, tam anceps & ambigua est supputatio, ut nō facile discernas fictionem à præsumptione: veluti cùm dicimus illata<sup>d</sup> & inuecta in fundum conductum tacitè obligari: restituto chyrographo, tacitè remitti debitum: data vel numerata dote, semper præsumi, intercessisse stipulationem de dote restituenda<sup>c</sup>. Iam verò quod additur, illud demum rectè fingi QVOD NEC EST, NEC ESSE POTEST IN SPECIE, LICET IN GENERE POSSIT: continet

continet propriam fictionis naturam : nam vtì surdus & mutus stipuletur, vt plures quis mortes obeat, vt is qui in vtero est iam natus sit, neq; verum est in sua specie, neque per rerum naturam potest obtineri . Ideo tamen in fictionem rectè cadit , quoniam in genere non est ~~adivisio~~: & potest fieri , vt is qui nunc in vtero est, in lucem aliquando edatur . Sed vt filius , quām pater <sup>f</sup>, natu sit grandior , vt operas quis exhibeat post mortem, vt duos patres vel matres quis habeat, neque esse potest, neque exspectari , & ideo nec in fictionem vlo modo deduci . Oportet enim artem nō peruertere naturam ac corrumpere , sed vestigijs eius insistendo , solerter eam imitari . Nam quod subiicitur in definitione , H A B E T V R P R O B O A C S I E S S E T , satis ostendit , fictionem quidem nunquam tantū posse, vt aliquid reuerà producat: sed tamen vt pro eo etiam atque etiam habeatur, ac si esset, efficere: quæ res ad hoc proficit, vt idem in facto iuris sit , quod in ijs quæ reuerà consistunt . Planè quod tandem adjicimus definitioni , A L I C V I V S M A I O R I S A B S V R D I V I T A N D I , V E L B O N I C O N S T I T V E N D I C A V S A , complectitur causam & originem fictionum: non enim potest legumlator pro sua voluntate ac libidine fictiones constituere : sed ita demum , si cum insigni aliqua vtilitate sint coniunctæ . Sic Publiciana in rem actio, quæ fingit eum vsucepisse, qui non vsucepit , introducta est à Prætore, iuuandi primi possessoris gratia contra secundum: licet enim nullum sit iure ciuili proditum remedium, quo ei subueniatur, tamen æquitas suadet, vt ex duobus possessoribus præferatur ille, qui prærogativa temporis est subnixus <sup>g</sup> . Sic etiam, si is quem constat furtum commisisse , iuraverit deferente actore, se furem non esse: cessat quidem propter religionem iurisurandi, directa in eū actio: sed ne tamē dominus re sua temere priuetur, & fur ex sua perfidia periuirioq; lucrum <sup>h</sup> sentiat: effectum est, vt tanquam hæres furis, fingi & conueniri debeat . Sic deniq; , quod creditoris mei creditori adnumero, reuerà non possum dici creditori meo adnumerare: sed tamen ne in fraudem & damnum incidam, fingor breui manu creditori meo pecuniam dedisse, & ille rursus suo creditori numerasse: fitque ita , vt celeritate coniungendarum inter se actionum, vna actio occultetur<sup>i</sup> . Diuiditur autem omnis fictio, in ciuilem, & prætoriam . Ciuilis est , quæ ipso iure competit , qualis est in iure postliminij, per quod fingitur, semper in ciuitate fuisse , qui captus ab hostibus rediit <sup>k</sup> . In stipulatione <sup>l</sup> de dote, quæ semper putatur intercessisse contracto matrimonio , licet de ea neque cogitatum neque dictum sit : in contractu habito cum ecclesia, cui semper fingitur accessisse traditio: in lege Cornelia , per quam fingitur ab initio mortuus ille , qui hostium potitus, nunquam rediit . Prætoria est, quæ ab æquitate nascitur, & in iure solummodo exercetur, veluti cùm quis se dicit vsucepisse , quod <sup>m</sup> non vsucepit: Cùm is qui absuit <sup>n</sup> , contendit , contra se vsucatum non esse, cùm tamen vsucatum sit . Versatur vero fictio, subinde circa ipsas substantias, subinde circa ea quæ inhærent & adjiciuntur substantiæ . Circa substantias , veluti cùm fingimus esse , quod non est: vt cùm is qui in vtero est, iam natus <sup>o</sup>: aut miles qui in acie occubuit, per gloriam viuere

1 creditur:

*g. s. minorem  
Inst. de adopt.*

*g. 1. potiora. II.  
qui pot. in pig.  
hab.*

*h. 1. i. ff. de dol.  
mal.*

*i. 1. certi cōditio.  
ff. vlt. ff. si  
cert. pet. 1. 3. ff.  
vlt. ff. de don.  
inter vir. & vx.  
k. ff. si ab ho-  
stib. Inst. quib.  
mod. ius pat.  
pot. sol.  
l. ff. fuerat. Inst.  
de act.*

*m. 1. i. & tota  
tit. ff. de public.  
in rem act.  
n. ff. itē si quis.  
Inst. de act.*

*o. 1. qui in vte-  
ro . ff. de sta.  
hom.*

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

creditur: vel cōtrā, non esse, quod est, vt cū eum in mortuis reputamus, qui tamen secundū rei veritatē supereſt, qualis eſt ſeruus<sup>P</sup>, deportatus, & pœnæ addict<sup>O</sup>. Circa ea quę accidūt ſublataꝝ versatur fictio, veluti cū minus ſoluere dicitur, qui nihil ſoluit: cūm pro puro habetur id, quod imposſibili conditione ſuſpenſum<sup>q</sup> eſt: cūm propter neceſſitatē exhibiſtionis, agnoſcitur ad tempus pro filio, qui nō eſt: cūm abſens Reipuſtlicꝝ cauſa, fingeſtur preeſens cōpendij ſui & cōmodi gratia: cū exſtantē conditione, negotiū retrotrahitur: cūm quis id ipſe intelligitur facere, quod facit per procuratōrē ſuū: cū pater putatur cōtumeliam accipere ex iniuria iſſicta filio: cūm aduersum impuberē nulla fingeſtur procedere vſuſcipio: cūm deniq; illā rē habere videor, ad quā tantummodo habeo actionē. Caput autē in omni fictione eſt, vt ne quid fingeamus ſine utile ac neceſſaria cauſa. Deinde, vt ne imposſibilia et à natura abhorreſtia introducamus. Denique, vt ne duas fictiones ex vna & eadē re eliciamus. Nam quēadmodum nulla ſeruitus ſeruitutis: ita nec fictio fictionis eſſe poſteſt, niſi fortē ſui natura, vna fluat ex alia: vel ex vna cauſa, duę ſimul & æqualiter emerγant: nam alioqui & ipſa natura recuſat, ex ijs plantis & animalibus ſemen p̄abere, quæ arte humana, non natura propagata ſunt. De illo fortē addubitari poſteſt, cur in Publiciana, & alijs omnibus fictionibus, quoniam æquitas exigit, vt iſ preponatur, qui tempore potior eſt: cur, inquam, circuitio fiat, & nō potius recta via detur illi actio ſine vlla fictione, quæ quidē fictio ſuſpicioñē quandā turpitudinis p̄fe fert. Verius eſt, id ſemper operam dare legumlatores, vt ne quicquam contra legum ſuarum maiestatem & authoritatē faciant, & vt priuſ quām veteres leges tollāt, nouum aliquod remedium adinueniant, quo ius vetus vel ſuppleatur, vel corrigatur, vel emēdetur, vt in bonoru posſeſſione, quę hæreditati opponitur, eſt manifeſtū: Quando igitur aliqua ſe offert ſpecies, in qua ius aliquod ſingulare, p̄ter communes legū re- gulas, verſatur, eam non ſimpliciter definiunt, quippe ne ſibi ipſi aduerſari & ſua propria edicta eluſoria reddere videantur: ſed fictione facta, conciliant eam cum ijs, quę ſub regula continentur, vt ſic non nouū ali- quod ius conſtituere, ſed in veteri permanere, ſublato tamen vitio, dici poſſint<sup>R</sup>. Nec eſt, quod turpis et improba videatur eiusmodi fictio, quo- niā in ea nō agitur aliud, et aliud ſimulatur, decipiēdi alicuius gratia: ſed firmandi conſtituendique iuriſ ac legis cauſa: nam id recte iusteque fieri poſſe, nō ſolū Chrysostomi & Platonis authoritate, verū etiam ipſius rationis, & permultis ac prop̄e infinitis ſacraruſ literarum exemplis co- uicitur. Illud quęſitū ſcio, an omniū rerū recte ſit fictio. Et eſt verū eorū quæ iuriſ ſunt, eſſe quidē: ſed quæ facti, minimē. Nam & indē quoq; fit, vt reuersus poſtliminio poſſeſſionē non recuperet, quemadmodū nec matrimoniuſ, quod animoruſ potius libero cōſenſu, quā ſtricti iuriſ vi- culo contineri, apud veteres probatū eſt. Hæc ergo de fictione. Iam illa verò quę cōduntur à legislatorib<sup>O</sup>, varijs ex cauſis et neceſſitatibus con- ſtituūtur. Stipulationes inuētæ ſunt, vt id quisq; ſtipuletur quod ſua in- tereſt<sup>V</sup>: Vſuſcipioves, vt ne rerum dominia ſint in indiſtincto: Adopti- ones, ad ſolatiū eorum, qui liberos non habēt: Testamentorū factio- nes, in fauorem

p. 1. ſeruitutē ff.  
de reg. Iur.

q. 1. facta. §. fi  
ſub cōditiōe. ff.  
ad trebell.

r. 1. ſi verò non  
remunerādi. §.  
j. ff. mandat.

s. argō. d. 1 fa-  
cta. ff. ad trebell.  
§. j. Inst. de exce-  
pt. §. cōſtituitur.  
Inst. de vſuſruit.

t. 1. in bello. §.  
facta § medio.  
ff. de capt. &  
poſt. reu.

v 1. ſtipulatio. §.  
alteri. ff. de verb.  
obligat.

in fauorem morientium, quorum arbitrium non est reuersurum<sup>a</sup>. Chyrographorum ac signaculorum usus, propter hominum in fraudes proclivitatem, & sic porrò de alijs omnibus, quæ in republica versantur: Quæ quidem sunt trium generum: nam aut sunt certæ res ciuiles, ut pecunia, pondera, mensurae: aut facta hominū, ut mercatus, emptiones, societas, emphiteuticarij cōtractus: aut deniq; ex vtrisq; mixta, ut testamēta, codicilli, actiones, chyrographa. Ipse autē modus et ratio, quā quæq; res cōficitur, tripartita est. Vel enī cogitur ex solis naturalib<sup>b</sup> in vnu cōfluētibus rationib<sup>b</sup>, vel ex ciuilibus & legitimis tantū, vel ex vtrisq; simul iunctis et copulatis. Primi generis est, Tutela, quæ tuendorum pupillorū gratia, qui parētibus orbi sunt, et per ætatē se defendere nequeūt, qui appetitus naturalis est, publicè primū est cōstituta<sup>b</sup>. Itē rerū permutatio, per quā vtrō & citrō cōmunicantur ea, quæ ad naturā cōseruandam & propagandā pertinēt. Dominiorū quoq; distinctio, quę propter lites & discordias euitādas, quas cōmunionis materia solet excitare, naturaliter primū est inuēta. Secundi autē, Adoptio, cui<sup>c</sup> origo nō tā à naturalibus necessitatibus, quā indulgētia quadā ciuili manauit. Patria potestas illa vetus, quę imperij potiū & authoritatis, q̄ rationis & naturę principijs est fulcita. Vsucapio & lōgi téporis pr̄scriptio, cuius ille propriè finis est, vt negligētes damno & multa, diligentes, pr̄emio & honore afficiat. Tertij tandem, Stipulatio, quę hactenus naturalis est, quatenus paētū & conuentionem in se cōtinet: hactenus ciuilis, quatenus verborum proprietatib<sup>b</sup> & figuris est inclusa. Pr̄terea, Literarum obligatio, quę ab illa parte naturalis est, qua consensu & voluntate peragitur: ab illa verō ciuilis, qua certis verborum conceptionibus cōtinetur. Item testamentum, quod eosque meritō naturale dicitur, quò mentis & voluntatis testationem in se habet: eosque contrā ciuile, quò certas obseruationes ac solennitates requirit. Eorum, quę his tribus rationibus conficiuntur, Alia antecedunt ipsam rem principalem, Alia verō sequuntur, Alia coniunguntur cum ea, Alia deniq; illam ipsam propriè verequē continent. Antecedunt nuptias, sponsalia<sup>d</sup>, donationes, dotes: Litem, admonitiones, citationes, editiones: Vsucaptionē, iusti tituli, possēsiones, bona fides: Acceptilationē, Aquiliana stipulatio. Sequuntur obligationē<sup>e</sup>, nō uatio, delegatio, constitutū: Matrimoniū, diuortiū, repudium, repetitio dotis: Stipulationē, cōtestationes, chyrographa, epistolæ. Coniungitur cū cōtractu pupilli<sup>f</sup>, authoritas tutoris: Cū filijs familias matrimonio, cōsensus patris, cuius in potestate manet. Cū alienatione dotalis prēdiū, voluntas mulieris, à qua profectū, & doti datū est prēdiū. Quę ipsius rei naturā et qualitatē cotinēt, nunc ad substantiā eius pertinēt, nunc ad adminiculantia, nūc ad externa, nunc ad nomē, nunc ad effectū. Substantiam stipulationis inducit Imperator, cū iubet eam per interrogacionem & responsionem & celebrari. Acceptilationis, cum pr̄cipit interrogari hoc modo: Quod ego tibi promisi, habēsne acceptum? Et respōderi hoc modo, Habeo. Nuptiarū cū dicit, Nuptias nō cōcubitū facere, sed cōsensū. Adminiculatiū<sup>h</sup> quēdā, tā arctē copulatēq; coherēt cū ipsa substatiā, vt sine ijs nec esse nec oīno subsistere possint: quēdā verō sunt huiusmodi,

a L. r. C. de sacro  
sanct. eccl. s.

b §. tutela. Inst.  
de tutel.

c. l. i. ff. de paēt.

d. l. i. ff. de spon  
sali.

e. sub. tit. quib.  
mod. coll. oblig.

f. Inst. de auth.  
tit.

g. §. i. Inst. de  
verb. oblig.

h. l. paēta. ff. de  
contrah. empt.  
& vend.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

i. 1. nec emptio.  
ff. de contrah.  
empt.  
k. d.l. pacta.

l. extra de frig.  
& mal.

m. vid. extr. de  
cland. despōns.

n. exēpla habes  
in stipulat. &  
testament.

o. vid. l. 1. C. de  
const. pec.

p. tot. tit ff. re-  
rum amot.

q. §. pen. Inst. de  
his qui sui vel  
al. Iur. l. in suis.  
ff. de lib. &  
posth.

r. vid. de vsuc.  
transformat.

s. §. sed olim.  
Inst. de legat.

vt sine vlo vitio demi & superari possint, in emptione ac venditione: et si eius substantia existit è pretio, tamē sine re quæ veniat, nec emptio nec venditio potest intelligi: quia res est ex ijs adminiculantibus, quæ inseparabilia<sup>1</sup> sunt. Cæterū, si conueniatur ne cautio dupli p̄stetur, nihil est impedimento contractui<sup>k</sup>. In contrahendis & conseruandis matrimonij, nihil pertinet ad rem, dotata ne mulier in manum viri cōueniat, necne sed si alter coniugum sit frigidus, probatum est, nō solum impediri contrahendum, verū etiam dissolui contractum matrimonium<sup>l</sup>. Externa sunt, quæ ad ritus, solennitates, ceremonias tam diuinorum quam humanarum rerum pertinent. Et sunt eorum pleraque talia, vt sine ijs res quidem cōsistant, sed non aptè, commodè, concinnè cōsistant. Nam quis est qui ignorat, licet per se teneat, clandestinū matrimonium, multo tamen id esse honestius, quod propalam & apertè secundum pr̄scripta ecclesie sit copulatum<sup>m</sup>. Idem accidit & in testamentis condendis, in votis & pollicitationibus faciendis, in iudiciis & actionibus exercendis. Planè nonnullæ sunt solennitates, quæ non solum ad ornatum & elegantiam sunt quæsitz, verū etiam ad substantiam & propriam rei naturam adiuuentz<sup>n</sup>: sed illæ non poslunt à substantia separari, & sunt propriè ad formam cuique rei dandam, comparatz. Nomina rerum varie se habent, vt latius dicetur in inferioribus: nam haud parum interest, receptitiāmne<sup>o</sup> actionem an constitutoriam: donationem ante nuptias, an propter nuptias: rei vxoriz actionem, an ex stipulatu: furtum an<sup>p</sup> amotionem, coniugium an contubernium diccas. Quantum ad effectum attinet, s̄p̄ fit, vt manente re, vis eius & effectus immutetur, vt in patria & dominica potestate, de cuius effectu multūm hodie detractum est<sup>q</sup>. Item per contrarium, vt permanente vi & effectu, res ipsa in aliam quandam formam & speciem transformetur, vt in tractatu usucaptionis transformatæ<sup>r</sup>: in effectu receptitæ actionis, quæ transuersa nunc est & translata: in constitutoriam. Deniq, vt utrique, tam rei, quam illius effectui, noui aliquid iniiciatur: nam nouissimo iure legatorum, non modò species & figura mutata est, verū etiam virtus & effectus<sup>s</sup>. Cū autem legislator ad huiusmodi aliquid cōficiendum & introducendum accedit, vna cautio est, vt diligenter in finem juris & principia inspiciat, & ex ijs, quod rebus suis commodum & idoneum viderit, decerpit. Illud, antequam aliò proficiamur, minimè negligendum est: esse quædam in iure, quæ vocantur imaginaria, qualia sunt quæ in emancipationibus, testamentis & alijs intercedunt. Sed ea cū partim ad fictionem, partim ad ea quæ ius fabricat, referantur, non est operæ pretium, vt speciale habent tractatum.

## DE IVRIS CONIECTVRA, ET AN ALIQVID SIT.

a. 1. nūmis. ff. de  
leg. 3.



VNC videndum, quomodo in cōiecturis & interpretatio-  
nib', in qbus p̄cipue queritur an aliqd sit, oporteat versari.  
Nā subinde obscuritas volūtatis tū cōtrahentiū tū testatiū  
facit, vt anim<sup>t</sup> ambiguitate distrahabatur, vt cū nūmis legatis<sup>u</sup>  
oritur

oritur quæstio, de quibus nam testator cogitarit: Subinde facti, cùm de eius qualitate ambigitur. Sed siue fuerit quæstio voluntatis, siue facti; utrobiq; prodita est duplex ratio, qua veritas probabiliter indagari & erui possit. Una est, quæ inartificialis dicitur, veluti cù ex præiudicijs, rumoribus, tormetis, tabulis, iure iurando, testibus discimus, qd quis aut fecerit, aut dixerit. Altera, quæ artificialis vocatur, quæque via quadam & ratione, se quasi insinuat in animos hominum, & solerter indagat, quid factum sit, quid non sit. Huius prior pars est, (nam de inartificialibus nihil opus est tractare) interpretatio, de qua prius explicabimus. Posterior, præsumptio, de qua secundo loco dicemus. Interpretationem siue conjecturam, tam factorum, quæam cogitationum, partim facimus ex rebus ipsis, partim ex verbis. Ex rebus veluti cù ex taciturnitate consensum colligimus b: ex vultus & coloris mutatione, facinoris conscientiam. Sed sunt rerum quædam directas, puta cù ex nutu<sup>c</sup>, præsentia, scriptione, subscriptione, subsignatione, silentio, mentem ac voluntatem cuiusque colligimus: Quædam obliquæ, vt cù ex d' antegressis quibusdam, vel subsequuntis signis vel etiam connexis, facta pariter ac cogitata dijudicamus: Quædam deniq; mediaz, quæ ex re subiecta, & eius circumstantijs emergunt. Nam h scriptum est fideiussisse aliquem, omnia præsumuntur solenniter<sup>d</sup> acta: si quis concedat iurisdictionem<sup>e</sup>, intelligitur etiam ea concedere, sine quibus iurisdictio exerceri non potest: si quis legat inscribens rem alienam personæ coniunctæ, putatur etiam si scisset aliena, legaturus<sup>f</sup> suis: si legatum est vinum in genere, ad exquirendum, quale vinum voluerit legato cedere testator, inspicimus in locum, tempus, personam<sup>g</sup>, consuetudinem cum alijs eiusmodi. Ex verbis sumitur interpretatio, veluti cù dicimus, supellectili legata, de illis sensisse testatore, quæ supellectilis nomine veniunt<sup>i</sup>. Sed hic tum verba intuemur, tum mentem, tum verba simul & mentem. Verborum significatio, Alia est propria, quæ communi loquentium visu est frequetata: Alia impropria, quæ vel noua est, vel vetus, vel translatitia: Alia lata, vt cùm omnes res<sup>k</sup> & possessiones, pecunias<sup>l</sup> appellatione significamus: Alia stricta, vt cùm actionem eam definimus, quæ in personam<sup>l</sup> infertur. Mentem & sententiam loquentis demonstrat materia subiecta, cum suis antecedentibus, consequentibus, coniunctis, relatiis: vt cùm dandi verbum in emptione ac venditione, pro præstatione<sup>m</sup> accipimus. Item ex personis, locis, temporibus, negotijs: vt cùm is, qui demostrandi intellectus gratia stipulatur, intelligitur non velle obligationem contrahere<sup>n</sup>. Item ex ipsorum verborum positu, flexu, connectione, transpositione, distinctione cum nonnullis alijs<sup>o</sup>. Tam verborum quæam mentis est, totum ipsius orationis quasi corpus. Nam quemadmodū in homine necessarium est, vt membrorum quædam conuenientia sit & conspiratio inter se: ita etiā orationis partes oēs communi quodam vinculo contineri, & ad idem respicere debent: sicque s̄apenumero, vt quod per se solum inspectum, obscurum est, & intricatum: id, si cum alijs partibus orationis, testamenti, legis componatur, clarum euadat & facile. Et est inciūile, vt

1 iii inquit<sup>p</sup>

b. I. qui tacet. ff.  
de reg. Iur.  
c. I. obligamus.  
ff. de act. I. Caius  
ff. de pign. act. I.

d. I. titia. §. i. ff.  
de verb. oblig.

e. I. sciendū. ff.  
de verb. oblig.  
f. I. a. ff. de lu-  
risd. om. Iud.  
g. §. non solum  
Inst. de leg.  
h. vide not. in l.  
cūm certum. ff.  
de vin. tritic. &  
ol. leg.  
i. I. labeo. ff. de  
supell. leg.

k. I. z. §. vlt. ff.  
si cert. pet.

l. I. actio. ff. de  
act.

m. I. datio. I. ex  
empto. ff. de  
act. empt.  
n. I. obligatio-  
num substantia  
iuncta. I. non so-  
lu. ff. de act. vide  
§. plane. Inst. de  
milit. test.  
o. exēplo po-  
test esse tra-  
tus de legatis &  
legationibus.

# IQACH. HOPPERI PHRISII IC.

p. 1. inciule. ff. de ill.

inquit <sup>1</sup> Celsus, nisi tota lege perspecta, vna aliqua eius particula proposita, iudicare vel respondere velle. Iam autem ad faciendam coniecturā ex verbis, caput & summa est, vt in hæc tria simul, verba scilicet, sententiam, & totam orationem inspicias. Nam si conueniunt, id est, si neque sententia refragatur, neque contextus orationis, quod minus proprietas verborum obseruetur, regulariter probandum est, id velle cum qui loquitur, quod propria verborum significatio <sup>2</sup> demonstrat. Cæterū, si vel sententia diuersum suadet, vel sermonis cōtinentia, proprius est, vt rerū gratia, à propria verbi significatione recedam: & sumptis<sup>3</sup>, vel improprijs, vel latis, vel strictis significationibus, verba cū rebus cōciliamus. Sic enim cum dicitur in lege, mutuū cōstare in pecunia, facile videamus nō esse sententiā legislatoris, vt propriè capiatur verbum pecunia, pro numis, propter naturā contrafustus: nec etiā vt latè, pro omni possesso, propter candē rationē. Sic in emptione, cùm dicitur, vēditem ad dandum teneri, res subiecta facit, vt verbum dandi, non pro translatione dominij, sed pro prēstatione accipiatur. Planè si tanta est vel verborum, & sententiarum, vel partium orationis inter se pugna, vt neque per diuersas significationes vocabulorum, neque per villas circumstantias rerum, conciliatio fieri possit: magis probatum est, vt totum pro sua impossibilitate cadat. Nam in ambiguo sermone, non utrumque dicimus, sed id duntaxat quod volumus: itaque qui aliud dicit quām vult, neque id dicit quod vox significat, quia non vult, neque id quod vult, quia id non loquitur <sup>4</sup>. Scio de interpretatione verborum multa passim in vnū congeri, sed nisi me fallit opinio, hæc nostra pauca, cuicuimodi tandem illa sint, facile sufficiunt ei, qui ex arte facturus sit interpretationem. Nihil enim aliud opus est, quām vt imprimis diligenter explicemus, quæ sit propria verbi functio: deinde, quæ verisimiliter sententia, et an cum ijs reliqua omnia, quæ toto testamēto, iure, lege dicuntur, cōueniant: nam si nulla est eorum diffensio, prompta est interpretatio ac facilis. Si prima facie non nihil discrepent, tam diu inquirendum est, vel in rei circumstantias, vel verborum significationes, donec aptè inter se quadrēt ac conueniant. Quod enim alibi dicit iureconsultus, pupillum naturaliter obligari, non est simpliciter verum: tum quoniam id recta ratio non patitur, tum quia sunt multæ passim leges, quibus contrà respondetur. Restat igitur, rem ita temperandam esse, vt alia atq; alia obligatio naturalis esse dicatur, & hæc quidē huic, illa verò, illi legi accōmodetur. Huc usque ergo de iuris coniectura sive interpretatione. Præsumptio definitur in hunc modum: Præsumptio est probabilis suspicio iuris vel iudicis, qua creditur id alicui adesse vel abesse quod naturaliter vel ut plurimum adesse vel abesse solet. Verbum **S V S P I C I O**, loco generis est, significat præsumptionē ex eorum esse numero, quæ cōiectura magis quām certa sciētia cōstāt. Et quod adiicitur, **P R O B A B I L I S**, significat nec necessarijs eā nec temere collectis, sed medijs qbusdā niti argumētis, ijsq; publicè lege lata, vel iurisdictione, probatis ac receptis. Nam quod post deinde sequitur, **Q V A C R E D I M U S A L I C V I**, vel psonę scilicet vel rei **A D E S S E** V E L **A B E S S E**, duplex eius

q. 1. labeo. ff. de spell. leg.

r. 1. si seruus legatus. q. q. quicq. ff. de leg.

s. 1. ff. de reb. sub.

t. 1. ff. de no- uar.

v. 1. pupillum. ff. de act.

## DE IVRIS ARTE; LIBER SECUNDVS. 40

eius officiū ostendit. Vnum, vt cùm dicimus: Cui iurisdictio data est, ea quoq; cōcessa esse videtur, sine quibus iurisdictio explicari non potest. Alterū, vt cù in generali concessione non credimus venire ea, quæ quis specialiter non esset concessurus<sup>a</sup>, & quod ultimo loco ponitur, QY O.D.  
**NATURALITER VEL VTPLRIMVM ADESSE VEL ABES-**  
**SE SOLET**, principiū ac originē præsumptionis continet, quasi hominis sit, non modò ad ea, quæ sensu percipiuntur, attēdere: verū etiam, quid quamque rem sequatur, quid antecedat, videre: & ex ijs, quæ præsentia sunt, præterita pariter, & futura colligere. Quia enim suę posteritati quisque potius fauere solet, quā extraneis: cur non in omniū bonorum donatione facta ab eo, qui liberos non habet, præsumimus sub illa conditione donari, vt si liberi nascantur, reuocetur donatio<sup>b</sup>: Quia stipulationes non aliter fieri possunt, quā per interrogationē & responsionem: cur, si scriptū est spopodis sic aliquē, non præsumemus oīa solēniter acta? Quia nemo facilē amittit rem suā à se sine causa: cur, si quis non hēres ea teneat, quæ alium constat possedisse, non præsumimus tam diu in bonis prioris possessoris manere, donec aliis iūlū titulum, & causam suę possessionis<sup>c</sup> attulerit? Certè magno Reipublicē bono cōstituūtur huiusmodi præsumptiones. Nec potest fieri, vt sine præsumptionibus, vlla certa iura, aut vllę certę leges describātur. Species verò earū sūt duę. Vna, quæ legitimis probationibus regulariter refutari potest, quā communē licebit appellare: Nam si quis chyrographo scripto, cōfessus est mutuā pecuniā, haec tenus statur scripturæ, si nō cōtrā probetur<sup>d</sup>. Altera, quæ reprobari nō potest, quæ & specialis rectè fortasse dicetur: vt si quis seruū suū hēredē instituerit, adeò videtur & libertatē simul illi reliquise, ne, quod absurdū est, testādo intestatus decedere voluisse videri posfit, vt si quis cōtradicere velit, nō audiatur<sup>e</sup>. Nisi si fortè tā sint claræ & manifestæ attestations, vt nulla ijs ratione resisti aut contradici possit. Nam in huiusmodi specie, ne veritas rerum occultetur, & plus valeat quod simulatur<sup>f</sup>, quam quod agitur: receptius est, probationes magis, quam præsumptiones etiam vehementissimas, sequi. Regularum verò, quib<sup>o</sup> omnis præsumptio dirigitur, prior est, vt id quod naturaliter, vel vtplurimū, vel adest vel abest, semp præsumamus vel adesse vel abesse. Sic enim parētes semper præsumūtur liberos suos amare: cōiuncti gratiore esse quam extranei, vel alieni: communis conuictus amorem parere: propria quem negotia, quam<sup>h</sup> aliena magis curare. Posterior, vt id quod vel contra naturam est, vel contra communem vitę cursum, neq; adesse, neque abesse intelligatur. Nam sic nemo intelligitur salutis suę immemor: nemo suum iactare<sup>i</sup>: nemo sanæ mentis in solennibus & arduis ludere. Etsi autem multæ speciales leges possunt adduci, quibus præsumptionum ratio contineatur: tamen nihil est in omnibus speciælibus regulis, quod non ad istas duas generales reuocari possit. Illud, antequam aliò proficiscamur, explicandum, quo tandem modo fiat interpretatione, ab ijs quæ expressa sunt, ad ea, quæ neque dicta neque neque cogitata sunt. Nam cùm neque leges neque Senatus consulta ita scribi possint, vt omnes casus, qui quandoq; inciderint, cōprehēdantur: necessarium

a. I. obligatione.  
ff. de pignorib.

b. I. si vñquā.  
C. de reuocand.  
do.

c. I. cū de posses-  
sione C. de pro-  
bat.

d. I. generalitez.  
C. de nō nu. pec.

e. §. 2. Inst. quib;  
ex cauf. ma. non  
lic.

f. C. plus valere  
quod agitur quam  
quod &c.

h. I. præses. C. de  
ser. & aq.

i. I. cū de indeci-  
bito. ff. de pro-  
bat.

# IOACH. HOPPERI · PHRISII IC.

**k. I. neq; leges.** necessarium est, ut quæ desunt, interpretatione suppleantur <sup>k.</sup> Fit autem hæc interpretatio tribus modis. Vno, cùm ex generalibus regulis, de certa aliqua specie proposita iudicamus. Altero, cùm ex vna aliqua specie, vel pluribus, generales quasdam regulas elicitus. Tertio, cùm regulam cum regula, vel speciem cum specie cōponimus. Primi modi exemplum est huiusmodi: Pupillus sine tutoris autoritate mutuum accepit, & locupletior factus est, pubes effectus soluit, queritur an repeatat? respondetur, non repetere: ratio generalis est: Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detimento locupletari<sup>l</sup>. Atque hæc quidem interpretatio, princeps est omnium interpretationum, vt pote quæ proficiuntur à primis nature datis, & principijs generalib<sup>o</sup>, & progrediatur ad ea, quæ inferiora sunt, & ad specie directa. Secūdi exemplū est huiusmodi: Video vno loco mulierē à postulando prohiberi: alio, à cura tutelāue arceri: item alio, ne pro quoquam interueniat, vetari, & sic porrò de magistratu, de iudicijs, de muneribus: Ex illis pluribus in vnum coniectis, facio regulam: Mulierem nullum officium publicum recte gerere <sup>m</sup> posse. Adhæc, video apud Imperatorem tractari, non fuisse à primordio nature manumissionem, quia seruitus esset incognita: elicio ex eo quod vulgo traditur: Priuationem presupponere habitum. Atque hoc genere interpretationis indigemus in his rebus, quæ naturaliter insitæ non sunt, sed ex diuturna obseruatione tractationeque deprehenduntur. Estque regula nihil aliud, quam plurium rerum ac specierum, in vna quasi summā coniectio <sup>n</sup>. Tertij modi exemplum est huiusmodi. Patron<sup>o</sup> fit tutor impuberis serui manumissi, indè colligo & patrē operere filij impuberis emācipati tutorē fieri. Datur curator furioso, ex eo cōcludo: Debere et ei dari curatore, cui suorū bonorū administratio est interdicta: ratio verò est, quia eadē est natura manumissionis & emācipationis: parum interest, furiosus quis sit, an bona sua dilapidando, furiosum rerum suarum faciat exitum <sup>o</sup>. Atque hæc interpretatio <sup>p</sup> communis est, & in vsu frequens: versatur enim circa duorum pluriumū inter se collationem. Et si quidem ea, vel similia reperiatur, vel paria, vel eadē: definit eodē etiā iure teneri, propter regulā: Vbi eadē est ratio, ibi & idē ius esse debet. Si verò per cōtrariū, vel diuersa, vel dissimilia, vel repugnantia inueniat: definit dissimilium, dissimilia: contrarium, contraria esse obseruanda iura: estque frequens, & vfitatissimum argumentum, quod à contrario sensu aut specie ducitur <sup>r</sup>. Sed adhibenda est diligens cautio, ne erremus: nam in similibus & omnibus, quæ inter se cōponuntur, facilimus est vt plurimū lapsus, & non est eadem ratio eorum omnium, quæ vel similitudine quadam, vel dissimilitudine componuntur. Quæ enim eadem sunt, aut sunt eadem re, id est vel genere vel specie, vt legatum & fideicommissum: aut effectu, vt actio directa & utilis: aut causa, vt pupillus, furiosus: aut similitudine quadam, vt cōmodatum, precariū: refertque multū in omni iure, vtrūm hoc an illo modo res inter se conueniant: & est aliud per consequentiam facere, aliud propter similitudinē, aliud ad exemplum. Quæ dissimilia sunt, vel sunt diuersa, vel disparia, vel opposita, vel repugnātia, vel alijs atq;

**l. I. nam hoc natura. ff. de condic. indeb.**

**m. I. ff. de reg. lus.**

**n. I. ff. de reg. lus.**

**o. 1.j. ff. de curat. fur.**  
**p. 1.nō possunt. ff. de ll.**

**q. 1. illud. ff. ad. l. aquil.**

**r. 1. qui testāmēto. §. eū qui. ff. de testament.**

**s. §. 3. inst. de legit. pat. tutel.**  
**t. §. 3. Inst. de legit. parent. tutel.**

alijs satque alijs modis differētia. Debetq; diligenter circunspicere, tum iudex, tum cōsulter, vt horum omnium rationem habeat, et pro causarum inter ipsas diuersitate, diuersas quoque iuris collationes faciat.

## D.E. I V. R. I. S., D E F I N I T I O N E.



**A**M in substancijs rerum & proprijs cuiusque naturis tradendis, tria sunt potissimum proposita. Primum, vt res definitur: deinde, vt in species suas & partes tribuatur: Denique, vt suo proprio certoq; nomine designetur. Definitio est oratio, quæ id. quod dicitur, explicat, quid sit. Ut cùm dicimus: *Libertas* est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi aut iure prohibetur. Seruitus, est constitutio iurisgentium, qua quis dominio alieno, contra naturam subiicitur. Sed hīc non oportet ignorare, vniuersusque rei quædam interna esse, quæ scilicet substantiam illius, vel constiuent, vt differentia, proprium, totum, & partes: vel attingunt, vt actus, adiacētia, subiecta. Quædam externa, quæ, vel cognata sunt, vt cause & effectus: vel applicita, vt locus, tempus: vel accidentia, vt similia, paria: vel repugnancia, vt opposita, cōtraria. Nam in homine quod ratione p̄reditus est, quodque ad ridendum aptus, & certa forma figuraque circumscriptus, item quod sermonis & orationis facultatem, & diuinarum, humanarumque rerum cognitionem possidet, propriè debet ad internam eius naturam referri: quod verò communem societatem & Rēpublicā colere, quod non in terris, sed in cōlō propriam suam patriam ac fedē habere, quod cum Diis immortalibus cognitione iunctus esse, quod denique ab immanni ac solitaria vita naturaliter abhorre dicitur; exteriora quædam, & quæ ab eo separata sunt, respicit. Atque pro horum quoque differētia factum est, vt varia sint definitio-  
num & descriptionum genera. Nam illa deum plena, & omnibus suis numeris absolute est definitio, quæ omnia illa simul complectitur, vel si id longum fortè videatur, sicutem verā ipsam & propriā rei substantiam exprimit. Reliquæ omnes cūm imperfecte sint, & minus plenæ, descrip-  
tiones potius, quam definitiones vulgo appellantur. Ea quæ à propria rei nota sumuntur, hoc fermè fit modo. Dolus est machinatio fraudolosa, cūm aliud agitur, aliud simulatur. Stipulatio est verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturumque se id, quod interrogatus est, respondet. Usucapio est adiectio domini, per continuationem possessionis, temporis lege definiti. Quæ à proprio, hoc modo: mutuum est, in quo res ita datur, vt de meo tuum fiat. Quæ à toto & partibus, ita: Ius scriptum est, quod cōstat, Lege, Plebiscito, Senatusconsulto, Princi-  
pum placitis, Prætorum edictis, Responsis prudentum. Quæ ab ijs quæ circa rei substantiam sunt, isthac forma. Iurisprudentia est, quæ versatur circa diuinas & humanas res, priuatas & publicas. Bonorum possessio, est ius persequendi retinendique patrimonij, sive rei, quæ cuiusque cūma-  
is moritur, fuit. Quæ à cognatis, hoc modo: ius naturale est, quod natu-  
ra omnia animalia docuit. Senatusconsultum, quod Separatus constituit.

m

Depositum

a. §. 2. Iust. de  
Iur. pers.

b. I. ff. de usu-  
cap.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

Depositum, quod custodiendum alicui datū est. Quæ ab applicitis, ita  
litteris eit, quò maximus fluctus hybernus excurrit. Vacatio, triennalis  
possessio. Quæ ab accidentibus, sic: Substitutio est secunda institutio.  
Pecarium eit cōmodatum, pro arbitratu concedentis reuocabile. Quæ  
à repugnantibus denique, hoc modo: Argentum factum est, quod neque  
in massâ, neque in lamina, neque in signata, neque in supellecili, neque  
in mundo, neque in ornamentis est. Mutuum est, cum nō eadem species  
redditur, quemadmodum in commodato & deposito: sed idem genus.  
Jam verò illud sciendum est: definitionum in iure, alias esse solennes,  
alias simplices, alias medias. Solennes sunt, quæ tuim rei naturam & sub-  
stantiam explicant, tum vsum eius & effectum, tum deniq; ciuilē autho-  
ritatem, qua publicē probat̄, & in urbem quasi receptæ sunt. Sic cùm  
dicitur: Tutela eit vis ac potestas in capite libero: explicatur eius natura:  
Cùm subiicitur: ad tuendū eum qui per ætatem se defendere nequit, de-  
claratur v̄sus & utilitas: cùm tandem additur: iure ciuili data ac permissa,  
significatur approbatio ciuilis. Totidem partes sunt in definitione obli-  
gationis, quæ est iuris vinculum, quo quis necessitate adstringitur, ali-  
cuius rei solvēdæ, secundū nostrę ciuitatis iura. Contingit verò nō nun-  
quā, vt non apertè, sed absconditè, omnes illę partes ponātur. Simplices  
definitiones sunt, quæ nudā tantū rei naturā exponunt: veluti, ingenuus  
est, qui statim vt natus est, liber est: Libertini sunt, qui ex iusta seruitute  
manumissi sunt. Manumissio est, datio libertatis. Mediaz deniq; quæ ex  
vtraq; simul iunctæ sunt ac compositæ. vt, testamentum est voluntatis  
nostræ iusta sententia, de eo quod quis post mortem fieri velit. Nuptiæ  
sunt, maris & fœminæ coniunctio, cōsortium omnis vice, diuini & hu-  
mani iuris communicatio. Actio nihil aliud est, quam ius persequendi  
in iudicio, quod sibi debetur. hæc ergo de definitione. Diuisio nihil  
est aliud, quæ vnius in plur̄ deductio: vt cùm adoptionē aliam dicimus  
iussū principis fieri, aliā permisso magistratus. Libertinorum alios esse  
dedititios, Alios latinos, Alios ciues Romanos. Fit autē diuisio tribus  
ferme modis. Vno, cùm genus in species tribuitur: Nam quòd tutela di-  
uiditur, in testamentariam, legitimam, & datiuam: Stipulatio in Iudi-  
ciale, Prætoriam, Communem, & Conuentionale: Testamentum,  
in scriptum & nuncupatum: non pertinet aliò, quam ad illum mo-  
dum, cui diuisionis nomen peculiariter est collatum. Altero, cùm to-  
tum in partes dissecatur, quæ partitio dicitur. Nam dominij partes sunt,  
proprietas, v̄susfructus, superficies: Stipulationis, interrogatio, respon-  
sio: Legis, procēdium, constitutio, sanctio. Tertio, quum id quod  
vnū est, distinguitur in gradus. Sic enim, capit̄ diminutio, alia est ma-  
xima, alia media, alia minima: Sic seruorū, alij sunt primi actus, alij infi-  
mi, alij mediij: Sic munerū publicorū, alia sunt cū dignitate, alia sine dig-  
nitate, alia media. Loci diuisionum planè sunt ijdem cum locis defini-  
tionum. Nam quemadmodum earum, alię ducuntur ab internis, alię ab  
externis locis. ita etiam diuisionum, quædam petūtur ab ijs quæ in sub-  
stantia rei hærent, aut circa eam versantur, quædam ab ijs, quæ cog-  
nata sunt, & applicita. Sanè cùm nonnunquam v̄su veniat, vt vna  
facta di-

c. S. turca. Inst.  
de mes.

facta diuisione, alterum membrū in alia iterū duo insignia mēbra abeat: s̄pē fit, vt breuitatis gratia, ex duabus diuisionibus vna fiat. Ita enī accipiendum est, quod Iureconsultus<sup>d</sup> Vlpianus dicit: Conuentionū tres sunt species: Aut enim ex publica causa sicut, Aut ex priuata: Priuata aut legitima, aut iurisgētum. Nec est quōd imperitiae Consulti hoc adscribas, quēadmodum nōnulli faciunt: quoniā idē & apud Ciceronem, M. Varronē, Platonē, Aristotelē, ac alios idoneos authores licet inuenire. De nominibus multū queritur apud veteres, ex arbitrio nostre pendent, quod Aristoteles censuit: an verò ex cuiusque rei natura, quod Plato. Et certè Iustinianus existimauit decere, vt nomina sint conuenientia rebus, quod & verum est. Nam naturaliter in condendis nominibus ad hoc propensi sumus, vt rei naturā quā proximè, quoad eius fieri potest, exprimamus. Sic enim testamentū dicitur, quasi testatio fētū: Possessio, quasi pedum & positio: Tutor, quasi tuitio, cum similibus. Et si quāras, cur igitur alię atq; alię gētes, easdē res diuersis nominibus notēt ac designent? respondebo, id partim ex eo fieri, quōd ab integritate pri- stina, ac vero germanoq; iudicio sit recessum: partim ex eo, quōd in vna & eadē re, alij hoc, alij illud intueātur, secundū quod, nomen ei affingat. Idem fundus, & vestigialis dicitur, ab eo quod pendit: & emphiteuti- carius, à causa propter quam in perpetuū elocatur. Eadē res, & pignus di- citur, à pugno, quo traditur: & hypotheca, respectu principalis debiti, cuius loco ponitur. Planē, quēadmodū definitiones & diuisiones ducū- tur, vel ab interioribus locis, vel exterioribus: ita etiā nomina indūtur, vel eorū intuitu, quā propiora sunt cuiusq; naturā, vel eorū quā absunt longiusculē. Obligatio inuenit nōmē suum à vinculo, in quo substantiā habet<sup>h</sup>. Mutuum verò, ab eo, quōd de meo tuū fiat: quod quidē, non illi solū cōuenit, verū alijs etiā cōtractibus, ex quibus dominiū transfertur. Atq; ex his quoq; per facilē est estimare, quod tamē multos multū tor- quet, qualia tandem, & cuius ponderis argumēta duci possint à notatione nominis, aut non: Nam si propē accedit nōmen ad substantiā, planū est, multū momēti et pōderis habere: Si cōtrā recedit lōgiūs, parū. Verū de definitione, diuisione, & noīe rei, deq; locis, p quos indagātur, haētenus.

### DE IVRIS DECISIONIBVS, QVALE QVID SIT.



vī autem querimus, quale quid sit, nihil aliud videtur ve- nire in questionem, quam, bonūmē sit, an malū, an neutrū id, de quo agitur: prater illa tria, nihil video, quod circa re- rū qualitates à iurecōsulto tractari possit. Sed quoniā horū ratio & supputatio initur, nunc simpliciter & per se, nunc verò compa- ratē: operēpretiū mihi factur⁹ videor, si breuiter & strictim prius expo- fuero, quē bona, quē mala, quē neutra sint per se, & quomodo legislator ī ijs versari debeat: deinde quomodo inter se, & cū alijs cōponantur. Bona dicimus, nōnunq; ea, quē ipsa reb⁹ humanis cōferūt, & vtilitatē ex se se pariūt: nōnunq; verò tātū illa, q̄ malis depellēdis et auertēdis noxijs,

m ii

suum

d. 1. cōuētionū.  
ff. de pact.

e. §. pen. Inst. de  
donat.

f. Inst. de te-  
stam.  
g. l. i. ff. de ae-  
quir. pos.

h. 1. obligatio-  
nū substantia. ff.  
de act.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

suum nobis ministerium et officium exhibent. Quæ ipsa per se prosunt,  
 aut vtilia sunt, aut honesta, aut ex vtrisq; coniuncta, pulchra. Vtilia vo-  
 camus ea, quæ ad vitæ conseruandæ degendæq; ratione, & ad opes, co-  
 piæ, ac facultates pertinent. Nam quòd pupillus sibi potest stipulari,  
 quòd acceptum petere, quòd donatū acquirere, quòd possessiones suas  
 augere, nō diminuere: id omne, propter vtilitatē, vel ipso iureconsulto  
 authore<sup>a</sup>, comparatū est: cuius etiam gratia constitutū, ne ad Barbaros  
 aurum deportetur, vt certus artificum & medicorum numerus in ciui-  
 tate habeatur, vt ab ijs qui suis rebus superesse nō possunt, procuratores  
 dētūr, vt alia deniq; atq; alia, quorū euidens sit vtilitas, in Rēpublicā  
 infundantur. Horū, primò quædā sunt necessaria, quædā verò cōmoda.  
 Necessaria dicūtur, sine qbus res, vel omnino salua esse nō potest, vel ad-  
 modū difficulter. Nā quòd argētarij, numularij, trapezitæ, & si quæ sunt  
 alia genera fōeneratorū, tolerātur in ciuitate<sup>b</sup>, quòd cōcubinatus nō au-  
 fertur, quòd in summa rerū indigētia, oīa in cōmune redigūtur<sup>c</sup>, cui tandem  
 alij oportet imputare q̄ necessitati? cui ne Deus quidem resistere posse,  
 vulgo creditur. Comoda sunt, quæ rem augment, & meliorē sua præsen-  
 tia faciūt. Nam quòd dotis causa semper<sup>d</sup> & vbiq; præcipua est, ideo re-  
 ceptum est, quia Rēpublicæ interest, dotes mulieribus conseruari: cùm  
 dotatas esēt fōeminas, ad sobolem procreandam, replendāq; liberis ciui-  
 tatē, maximē sit necessariū. Quòd numus primum publicè percussus est,  
 ideo introductū, quia cùm nō semper nec facilē concurrebat, vt cùm tu  
 haberēs, quod ego desiderarē, inuicem haberē, quod tu accipere velles,  
 electa materia est, cuius publica ac perpetua æstimatio, difficultatibus  
 permutationū, æqualitate quātitatis subueniret, eaq; materia forma pu-  
 blica percussa, vsum dominiumq; non tam ex substantia præbet, quām  
 ex quantitate, nec vltra merx vtrumq; est, sed alterum pretium vocatur.  
 Sunt etiam vtilium alia externa, vt nobilitas, amicitiæ, facultates, liberi,  
 clientelæ, honores, quarum subinde habetur ratio in tutelis, & honori-  
 bus deferendis, inq; incundis vestigalibus, in alienationibus iudicij  
 mutandi causa factis, in satisfactionibus<sup>e</sup>: Alia corporis, vt ætas, robur,  
 forma, valetudo, quæ quidem spectantur in tutorum & curatorum ex-  
 cussionibus, in seruorū emptionibus & vēditionibus, in sacerdotibus,  
 in vacationibus munerum<sup>f</sup>: Alia deniq; animi, vt artes, scientiæ, doctri-  
 nae, mores, virtutes, eloquentia, dexteritas, quæ & ipsa quotidie veniunt  
 in considerationem<sup>g</sup>, vt cùm de testium fide<sup>h</sup> queritur, de legendis ma-  
 gistratibus, de artificibus, & alijs consimilibus. Quòd autem præterea,  
 quædā publicè vtilia sunt, quædā priuatim, quædā simpliciter, quædā cō-  
 paratè, quædā directè, quædā per cōsequētiā, nihil attinet hoc loci pro-  
 lixiūs disputare. Honesta sunt, quæ ad bene beateq; viuendum pertinet,  
 idq; tam populariter, & ciuiliter, quām diuiniorē quadā & præcellen-  
 tiore ratione. Quòd Senator eam vxorem habere non potest, quæ liber-  
 tinæ<sup>i</sup> conditionis sit, aut artē ludicrā exercuit: quòd nuptiæ propalam  
 & publicè cōtrahi debēt: quòd spōsam patris ducere disluadetur: quòd  
 nemo testamēto suo cauere potest, vt cineres in mare spargātur: propter  
 solā publicā & popularē quandam honestatem tuendam, est quæsūtum.  
Quod

a. 1.j. infi. ff. de-  
act. & obl.

b. 1. quædā priui-  
legiū. ff. deposit.

c. 1. 2. ff. ad 1.  
Rhod. de iact.

d. 1.j. ff. solut.  
mat.

e. 1. 2. ff. qui fa-  
tis. cog.

f. 1 semper. ff. de-  
vacat. mun.

g. 1. inter artifi-  
ces. ff. de solut.

h. 1. 3. ff. de te-  
rib.

i. 1. lege Iul. ff.  
de rit. nupt.

Quod vigilatibus & non dormientibus iura subueniunt: quod is qui in acie mortuus est, per gloriam viuere creditur: quod poenae fontibus, & bene meritis premia proponuntur: quod ea que dolo malo, vel metu administratur, certis suppliciorum & tormentorum generibus adhibitis, vindicatur, a nullo alio proficitur, quam ciuilis honestatis ratione. Quod religionem & pietatem colere: quod non solu manus & oculos, verum etiam cogitationes domitas habere iubemur: quod extra ordinem ius reddim' ijs, qui liberales et ingenuas artes exercet. Quod diuinos honores adhibemus ad eos, qui vel rerum gestarum gloria, vel vita morumque sanctimoniam, vel diuinorum & humanarum rerum scientiam, ceteros antecedunt: quam queso aliam habet causam & originem? quam excellentis cuiusdam, & eximiis naturae rationem? Sed est honestum, aliud in ratione positum & intellectu: aliud in moribus. In intellectu est, scientia, prudentia, sapientia, solertia, calliditas, de quibus etiam alias meminimus. In moribus vero, fortitudo, temperantia, iustitia, cum quibus coniuncta sunt, magnitudo animi, liberalitas, magnificentia, obedientia, pudor, verecundia, cum non nullis alijs. Et quod tot ac tanta sunt priuilegia militum, quod in desertores, emansores, transfugas grauissime animaduertitur: a praceptis proculdubio fortitudinis manavit. Quemadmodum & illud, quod adulteria, stupra, luxus, poenis legum coercentur, quodque vitae sobrietas & modestia laudatur, a temperantia. Quod fures, raptiores, prædones, falsarij, vltimis supplicijs afficiuntur: quodque certi modi contrahendi, commutandi & negotiandi prescribuntur, a iustitia. Pulchrum est, quod ad decus rerum ac ornamentum pertinet, proficisciens nonnunquam ex utili, nonnunquam ex honesto, nonnunquam ex utroque simul. Ex utili nascitur id, quod ornatum quidem suum habet, sed cum eo cautions suas & oportunitates. Ex honesto, quod simulachra quendam & adumbrationes virtutum continet, licet decoris magis & solennitatis sit, quam virtutis. Ex utroque simul emergit, quod utile pariter est, & honestum. Primi generis exempla sunt, in condendis testamentis, quae uno contextu, septem præcisè testibus adhibitis, & ad hoc rogatis, celebrantur. Nam etsi solennitatis & ceremonia causa præcipue interueniunt: tamen possunt ad confirmationem etiam & securitatem, aliquo modo comparata videri: & sunt eiusdem exempli, omnes actus publici, qui neque diem, neque conditionem recipere possunt: item actiones ordinariae, quae suis formulis, & verborum proprietatibus, includi solent. Posterioris generis exempla sunt: quod mulier postulare non potest, quod per vicinos discurrere, & insanorum more deridenda loqui, turpe ducitur & leue: quod sacerdotibus, nec venari, nec militariter vestiri, nec ludicras artes tractare conceditur, cuius etiam generis sunt omnia illa, quae dicis causa, vel a magistratibus, vel a pontificibus, nonnunquam fieri consueverunt. Ad tertium genus pertinet: quod nuptias certis ceremonijs celebrari: quod iudicem, pro tribunali sententiam ferentem, sedere, non stare: quod leges certis ritibus sanciri oporteat: quo pertinent etiam omnes illæ ceremoniae, quae sub exteriorum rerum involucris, mysteria quendam condita tenent, & abscondita. Quae ab id in

k. I. pupill. in si.  
ff. de his qui in  
fraud. cred.

l. I. ff. si mens.  
fals. mod. dix.

m. tot. tit. ff. de  
re milit.

n. I. ob que vi-  
tia. ff. de zedili.  
edita.

o. I. z. C. de sen-  
tenc. ex brevius.  
recit.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

**bonis numerantur, quòd malū arceant & depellant, vel conseruant nos à noxijs, vel præmuniānt, vel repellānt ea.** Conseruare dicuntur ea, quæ bene constitutæ fundatæq; rei, vt firmior sit & munitior, prospiciunt. Sic enim stipulationes sunt repertæ, vt ea, quæ aliàs legitimè firmeq; debentur, arctiori quodam & firmiori vinculo, contrahantur. Sic chy-rographorum, pactorum, fideiūlorum obligationes sunt introductæ: sic furem pluribus alligamus actionibus: sic ei, cui res aliqua legata est, tres damus actiones, quo scilicet ultima voluntas, promptius & facilius ad exitum perducatur<sup>P</sup>. Præmuniunt illa, quæ impendentibus malis, vt ne noceant, vel saltem minus officiant, obiciuntur. Ad illum enim usum sunt repertæ substitutiones, fideicomissa, inuentaria, contestationes, cum similibus. Donatio etiam causa mortis ideo fieri consuevit, quòd quis magis se vult habere, quam eum, cui donat: magisq; eum cui donat, quam hæredem<sup>q</sup> suum. Repellendi & amouēdi mali naturam habent, quæ malū, quod iam adest, quodq; præsens est, auferūt. Nam quòd actiones & iudicia sunt constituta: quòd nocturnum furem occidere<sup>r</sup>: quòd vim vi repellere licet: quis tandem nescit à nullo alio profectum esse, quam à naturali depellendi, arcendiique mali cupiditate? Hactenus ergo de bonis. De malis verò nihil est opus, vt pluribus verbis & fusius agamus. Nam quòd rerum alia sunt inutilia, alia inhonesta, alia turpia: Item quòd nonnulla vitio rationis contrahuntur, nonnulla morum: Præterea, quòd quædam aduersus Deum committuntur, quædam aduersus communem hominum societatem: Ad hęc, quòd alia, vel sola perpetratur attētatione, vt cōstuprations<sup>s</sup> virginū: alia factis ipsis, vt furta, rapinæ: alia verbis, vt iniuriæ: Porro, quòd nonnulla dicuntur atrocia, vt parricidia, crimina lęsæ maiestatis: nonnulla cōmunia, vt homicidia, plagia, peculatus: item, quòd alia cogitata & præmeditata inferuntur, alia repentino quodā motu & calore<sup>t</sup>: deniq; quòd subinde versutia, subinde vi, subinde negligētia, subinde cōfilio admittuntur: quòd, inquam, hæc omnia sic se habeant, partim ex ijs luculenter percipi potest, quæ de bonorū differēt ijs et naturis explicuimus: nā contrariarū eadē est, vt vulgo dici solet, sciētia: partim vero ex ijs, quæ de iustorū & iniustorū distinctionibus, latiūs à nobis in superioribus & vberiūs sunt exposita. Illud fortè nō est alienū admonere, reperiri quēdā, quæ mala quidē rectē proprieq; dici non possunt, sed quæ nocūtē tamen & dānum adferant, tanquam non bona. Sic enim communitatem hominum deserere, & ad solitariam umbratilem<sup>q</sup>; vitam configere, tam est in vitio, quam violentas manus adferre. Sic intempestiuam misericordiam exercere, tam cadit in reprehensionem, quam crudelitas. Sic multa sunt & propè innumerabilia in Republica, quæ non tam ex eo quòd mala sunt, quam quòd non bona, pestem adferunt. Eorum, quæ nec bona sunt nec mala, sed neutra, multæ sunt & variaz qualitates. Sed ille fluunt, vel ex rebus ipsis, vel imponuntur ab hominib; Ex rebus ipsis effluunt, quæ ab earum natura emergunt. Nam quòd dīgito cōlum attingere impossibile<sup>a</sup> est: quòd rerū fungibiliū, vt vini et olei, non est usus, salua manente b<sup>b</sup> substātia: quòd Stichum aut Pamphilū promittere, alternatiū<sup>c</sup> est: quòd in

p. 1. vir. C. de  
fac. eccl.

q. 64. Inst. de  
don.

r. 1. sed etiū. Et  
ad l. aquil.

s. 1. valc. C. de  
rap. vng.

t. 1. q̄d calore  
ff. de reg. Iur.

v. 1. si hominē  
ff. depos.

a. 1. impossibilis  
ff. de ver. oblig.  
b. §. constitui-  
tur. Inst. de usu-  
fruct.  
c. 1. §. si stichū.  
ff. de verb. obli-  
gat.

quod in rebus & negotijs, alia diuidua, alia indiuidua: Alia cōtinua, alia interrupta: Alia plura, alia vnum quid: Alia perpetua, alia temporaria: Alia corporea, alia incorporea: Alia conditionalia, alia pura: Alia simplicia, alia mixta: Alia principalia, alia accessoria: Alia obscura, alia plana: Alia denique alijs qualitatibus ac formis distincta: non proficitur aliude, quā ex diuerſis natura dotibus, quibus ad vngue legislator inseruire debet. Ab hominibus imponuntur illę qualitates, quę vel moribus introducuntur, vel legibus. Nā quod stipulationis ea est natura, vt certis & cōceptis verbis fieri debeat: quod testamentorum tot sunt, & tam anxie obſeruationes: quod vſucatio suis legibus adstringitur: quod actiones suis formulis & proprietatib⁹ ac figuris alligatur: ſolis hominū & legislatorū volūtatiſbus, iūſis qdē illis, & à natura tractis, ſed volūtatiſbus tamē & iudicijs, eſt imputadū. Et qdē, cū illa q bona ſunt et ſalutaria, imperētur, q mala, ecōtrā & peſtifera, vetētur: hec tamē neutra, nec in hāc nec in illā rationē cadūt. Hoc tātū eſt, quod in ijs agitur, vt quomodo ſecundū alias atq; alias qualitates affecta ſint, quaſi cū authoritate exponatur. Ita genus dicimus nō<sup>d</sup> interire: In alternatiuis ſufficere alterū adimpleri: Debitorē ſpeciei, interitu eius liberari: Impossibilium nullā eſſe obligationē: In ſtipulationib⁹, in qbus dies nō ponitur, pſenti die & deberi. Nihil enī in huiusmodi appetit, nec vetiti nec iuſſi: ſed ſola eſt & nuda, cum authoritate coniuncta, expositio. In bonis verò ac malis, longè aliter ſe habet. Quədam enim tam arcte precipiuntur, vt omiſſa, poenis oībus & ſupplicijs vindicetur: Quədam ſic imperātur, vt nulla qdē in eos, qui ſecū fecerint, aperta poena, ſed tacita tamē in honeſtorū hominū cōſciētijs, ſtatuantur: Quəda nec iubētur quidē, ſed cohortationibus, tā publice q priuatim factis, ſuadentur <sup>b</sup>: Quədam deniq; liberte cuiuſq; volūtati & iudicio relinquuntur. Atq; hec nō eſt difficile xſti: mare, ex bonorū & vtiliū differētijs, quēadmodū cōtrā, quę prohibēda ſūt, ex malorū & inutiliū gradibus. Nam illorū, quəda maximis propositis multis & poenis prohibētur: quəda fieri quidē vetātur, ſed tamē facta tenent nec vindicantur: quədam, vt ne fiant, diſſuadentur <sup>k</sup>: quəda, eti nō optima ſint, tamen propter vitiosos hominū mores, proprio cuiuſq; ſtudio <sup>l</sup> permittuntur. In oībus autē, ſiue ea bona ſint, ſiue mala, ſiue neutra, id potiſsimū eſt ſpectadū, quod tú recta iustaq; ratio demōſtrat, tú cōmunis vſus & tractatio, quę magistra eſt actionū humanarū, expouſtulat. Quoniā verò dictū eſt de qualitatib⁹ ſimpliciter & p ſe inspectis: vidēdū, quomodo inter ſe cōponi et cōparari debeat. Et qdē, ſubinde fit, vt ipſorū inter ſe generū ſit cōtētio: vt cū tractatur, vtilitatēne potiū, an honeſtate, naturāne ſequi oporteat: ſubinde verò, vt illorū, quę ſub vno eodēq; genere cōtinētur: veluti cū ex duobus aut plurib⁹ vtilib⁹, qritur, vtrū vtiliū: ex duob⁹ honeſtis, vtrū honeſtiū: ex duob⁹ naturalib⁹, vtrū magis ſecundum naturam: Prioris collationis exemplum eſt huiusmodi. Si vino vendito, certus ad mensuram faciendam dices p̄ficitus ſit, & per emptorem fiat, quo minū ad diem mensura peragatur: an permittendum ſit venditori, vinum ſine fraude effundere <sup>m</sup>? Ab vna parte vrget damnum venditoris ex mora, et eſt regula: Non debere alteri per alterum

d. 1. incēdiū. c ſi cert. pet.  
e. c. in alternatiuis, de reg. iur. in 6.  
f. c. impossibiliū, de reg. iur. in 6.  
g. Ieu q. ſ. vlc. ff. de verb. oblig.

h. 1. vlc. ff. de ſte. nupt.

i. 1. vlc. ff. de diuort. & rep.  
k. ſ. mariti.  
l. ſt. de nupt.  
l. 1. quod priu. legiū. ff. de pol.

m. 1. i. ff. de pec. & cōmod. red. vend.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

n. I. non debet-  
ff. de reg. iur.

o. I. in re C. mā  
dat.

p. §. vlt. Inst. de  
bis qui sui vel  
alien. iur.

q. vide exēpl.  
in l. bona fides.  
ff deposit.

r. §. i. Inst. de  
libert.

s. vide l. r. ff. da  
tign. iniunct.

t. I. sunt perso-  
nē in si ff de re-  
lig. & sumpt. fu.

v. vide exēpl. l.  
2. ff ad l. R. hod.  
de inst. l. si gs. ff.  
de lib. ag.

alterum, iniquā cōditionem inferri <sup>n</sup>. Ab alterā versatur honestas, quia scilicet inhumanum videtur, tam euidenti emptorem damno multare, Posterioris generis exemplum est huiusmodi: vtile est reipublicæ vnūquemq; rei iux moderatorem esse ac arbitrum <sup>o</sup>: vtile quoq; ne quis re sua male vtatur P. Iam dominus parat sine causa seruum suum occidere, dubitatur, vtrūm ne huic potius an illi regulæ sit acquiescendum. Ad electionem in generibus faciendā, certum est, Primas partes, honestati: Secundas, naturæ: Tertias, vtilitati: Quartas, pulchro cedere? Si in eum quis forte deductus sit locum, vt vel religio prodenda sit, vel capitis periculum subeundum, nemo est qui ambigit, quin religionum sanctitas potius conseruari debeat quām vita. Si vita pariter & pecunia sic in dubium veniant, vt vnius amissione facta, altera salua esse poslit: quis non videt, malle quem omnibus fortunis suis exui, quām vita spoliari? Sic etiam si in mari, aut eorum sit iactura facienda, quæ ad ornatum & delectationem sunt quæsita: aut eorum, quæ ad vitam sustinendam conservandamq; sunt necessaria: nullus non intelligit, illa potius, quām ista ejici oportere. Potest planè fieri nonnunquam, vt vel natura honestatem, vel vtilitas honestatem pariter & naturam, vel pulchrum omnia tria simul ad se rapiat. Quid enim si agatur de re summè necessaria, & popularis alicuius honesti ratio amittenda: quid? nonne satius est, eo loci, vtilitati potius inferuire, quām <sup>q</sup> honestati: insolentiū per vicos discursare, inhumanum: si hominis tuendi & conseruandi causa, id facias, an erit qui id probro ducet? Omnes homines secundum naturam sunt liberi <sup>r</sup>: improbandâne igitur seruitus, quæ maximo totius humani generis bono est constituta? Vnusquisque rerum suarum liber est administrator & dominus: estne igitur damnanda illa lex, quæ propter publicum ornatum, neue ruinis <sup>s</sup> deformetur ciuitas, prohibet, vt ne quis edificia sua sponte non restituturus diruat? nullo modo. Sequitur enim pulchrum honestas, & vtilitas nonnunquam, & natura, licet alioqui regulariter, tanta sunt pondera & momenta honestatis, vt omnia ex altera parte collocata, ne minimi quidem momenti instar habeant. Iam quantum attinet ad electionem ex ijs, quæ sub eodem genere contenta, dissidente inter se & contendere videntur: vna cautio est, vt ex pluribus honestis, illud quod magis diuturnum est ac sua sponte constans, reliquis anteponatur. Nam cùm omnis boni & honesti caput Deus sit, contentaneum est, vt in deliberando vincat illud, quod ei maximè sit cognatum & affine, quodque proximè ad naturam accedit diuinam <sup>t</sup>. Post deinde verò sequuntur res humanæ, Primò quidem, publicæ: Secundò, priuatæ, ex quibus summum sibi locum vendicant parentes, quibus postea succedunt amici, ciues, socij, & sic deinceps. Si vtilium inter se conflictus est, illud maximè sumendum & probandum est, quod causam habet maximè <sup>v</sup> necessariam. Nam fons omnium eorum, quæ requirimus, quibusque vtrum in vita, est necessitas naturæ, ad cuius explicationem pergunt & diriguntur omnia. Cùm de rebus naturalibus est disceptatio, quanto quid ad substantiam eius quo de agitur, accedit proprius, tanto magis secundum naturam esse dicitur. Non enim tam ex ijs, quæ foris apparent,

Apparent, metienda res est, quā ex ijs, quę in abditissimis & intimis cuiusque recessibꝫ sunt collocata. Sed in hoc argumento diligenter est circunspiciendum, vt ea, quę facti sunt natura, distinguuntur ab ijs, quę sunt iuris: nā ea res tantas habet oportunitates, vt nihil credā toto iure ciuili existare, quod maiorem vsum & vtilitatē de se prebeat. Eorum, quę voluptatis & ornatus gratia parantur, non ea maximē probanda sunt, quę sensus feriunt, & eos iucunditate aliqua perfundunt: sed que animū præcipue pascunt, & ipsā mentē voluptate simul & vtilitate deliniunt. Atq; ex his regulis pendent, quę vulgo in iure dicuntur: Semper in obscuris, quod minimū est, sequendū esse: Quoties dubia interpretatio libertatis, secundū libertatē esse respondendū: Semper in dubijs benigniora præferenda: In ambiguis pro dotibus respōdere melius esse: In omnibus quidē, maximē tamē in iure, esse spectādā equitātē: Fauorabiliores esse reos quā actores: Proniores nos esse ad absoluēdū, q̄ ad condēnandū: In obscuris inspici solere, quod verisimilius est, aut quod plerunq; fieri solet.

## D E C I R C V N S T A N T I I S.



Emonstratis ijs, quę ad fictiones, coniecturas, definitiones, & decisiones iuris pertinent: reliquū est, vt de circumstatijs nonnihil secūdum propositum ordinē disseramus. Est autē earū tāta vis ac potestas, vt subīdē totā rei qualitatē immutēt, subindē intēdāt vel remittāt. Immutāt autē, cū de bono malū faciūt, vel cōtrā de malo bonū. Vt hominē occidere, simpliciter nefas est<sup>a</sup>: Tyrannū, latronē, hostē necare, fas<sup>b</sup>. Liberalitatē exercere pulchrum: Dare verō cūm nō oportet, vbi nō oportet, cui nō oportet, turpe<sup>c</sup>. Intendunt verō vel remittūt, cūm id quōd bonum malūmū est, vel maius vel minus faciunt. Depositū abnegare, malum. Peius verō, si ex incēdij, ruinæ, naufragij causa depositū, abnegetur<sup>d</sup>. Legata relinquere piū: magis piū, si sacrosanctis ecclesijs, & religiosis locis relinquantur. Sunt<sup>e</sup> autē circumstantiæ, numero septem. Causa, Persona, Locus, Tempus, Qualitas, Quantitas, Euentus<sup>f</sup>. Causa, vt in verberibus, quę impunita sunt, à magistro illata vel parente, quoniam emendationis, non iniuriæ gratia videtur adhiberi. Puniūtur, cūm quis per iram ab extraneo pulsatus est. Sed sunt quædam causæ, quę impellendi tantūm habent naturam, vt ira, odium, voluntas castigandi: quædam, quę instrumenti loco sunt, vt gladius, fustis, telum, lapis. Quædam, ad quas tāquam ad finem respicitur, vt lucrum, libido, affectus. Et in his est regula: Malo fine proposito, reliqua oia ceteraque etiā laudata infici. Bono fine proposito, nō confessim omnia fieri bona, quę ad illū finē tendunt: nā non est faciendū malū vt eteniat bonū. Persona spectatur & eius qui fecit, & eius qui passus est. Aliter enim puniuntur ex ijsdē facinoribus, serui, q̄ liberi: & aliter qui aliquid in dominum parētemū ausus est; quām qui in extraneū: in magistratum, quām in priuatum. In huius rei consideratione, etatis quoq; & sexus ratio habetur. Locus facit, vt idem, vel furtum vel sacrilegium sit: & capite luendum, vel minore supplicio: Nam aliis priuatus est,

n

alius

- a. 1.j. ff. de sicar.
- b. 1. minimē ff. de relig. & lupt. fun.
- c. 1. j. ff. de cu-  
rat.fur.
- d. 1.i. ff. merito,  
ff. depos.
- e. 1. aut facta. ff.  
de poen.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IG.

Alius publicus, Alius sacer, Alius prophanus, Alius huic, Alius illi rei destinatus. Tempus discernit emansore, à fugitiuo: & effractoré vel furé diurnū, à nocturno. Nam secundū quantitatē, Aliud est longum, Aliud breue, Aliud semel factū, Aliud sēpius repetitū. Secundū qualitatē, Aliud nocturnū, Aliud diurnū, Aliud fētū, Aliud profestū. Qualitas est, cūm factū vel atrocius vel leuius est: vt furta manifesta, à non manifestis discerni solēt: rixę, à grassaturis: expilationes, à furtis: à violentia, petulātia. Quantitas discernit furē, ab abigeis: nam qui vnum suem surripuerit, vt fur coērcebatur: qui gregē, vt abigeus. Præterea de minimis fāspe etiam profitetur se non curare Prætor, cū alioqui maioribus diligentē curam adhibeat: idque siue in contractibus, siue in delictis, siue in iudicijs loquamus. Euentus spectatur, vt à clementissimo quoq; facta: quanquam non minus lex, eum qui occidendi hominis causa cum telo fuerit, quām eū qui occiderit, puniat. Si filius patrē in ius vocauerit, vel iniquū quis ius aduersus aliū impetraverit, non aliter multatur poena quinquaginta solidorum, quām si res euentum habeat. Contingit autē subindē, vt eadem scelera in quibusdam prouincijs grauius plectantur: vt in Africa, messium incensores: in Myśia, vitium: in Aegypto, aggerū perfoſſores: Vbi metalla sunt, adulteratores monetæ. Nonnunquā cuenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbentur, quoties nimirū multis personis grāſātibus, exēplo opus est. Restant aſystata siue perplexa, cum quibus coniuncta sunt, quę dicuntur indifferentia, quæque reconditiorēm iuris rationem habent & abditam.

## DE ASYSTATIS INDIFFERENTIB. ET IIS QVAE ABDITAM HABENT IVRIS RATIONEM.



- a. I. qui quadrāgēta. ff. ad I. fal-  
cid.
- b. I j. ff. de hæ-  
red. Inst.
- c. I. cū enim. ff.  
de stip ser
- d. I. si duo . §.  
idem lul . ff. de  
iureiur.
- e. I. si Titius. ff.  
de verb. obl.

- f. I si duo. ff. de  
dol mal.

- g. I. sed lul. §. mu-  
rui ff. ad Vel.
- h. I mercalem.  
C. de cōdīc. ob.  
turp. cau.

Systata siue insolubilia sūt, in quibus quicquid cōstituitur verū esse, statim reperitur falsum<sup>a</sup>. Et sunt eorū imprimis, Alia defientia, Alia equivalentia, Alia mutila, Alia apora siue ambigua. Deficiētia sūt, in qbus aliqd deest, veluti si qd scribat in testamēto, T̄itus fili⁹, omittēs verba, hæres esto<sup>b</sup>. Aequalētia, in qbus ēqua<sup>c</sup> causa duorū est, vt fit in pari turpitudine, & in duob⁹ agētibus, Vt̄i possidetis. Mutila, in qbus ab altera tātū parte causa cōstat aut cognoscitur, veluti cū abest vel latitat aduersarius. Apora, in qbus null⁹ inuenitur exitus, veluti si tibi dē fundū Tusculanū, nisi eū Caio dedero, & Caio rurū, nisi eū tibi dedero<sup>e</sup>. Sūt p̄terea Aſystatorū species h̄c, Antistrephusa, Achromos, Adynatos, Aprepes, Anæſchyntos, Apythanos, Alogos, In circulū rediens, Pr̄postera. Antistrephusa est, cū actionē suā conuertunt litigātes, et neuter vtitur sua sentētia, sed aduersarij sui: vt cū socius de socij dolo cōqueritur, & cōtrā<sup>f</sup>. Achromos, quādo color facti non inuenitur, vt si quis pannum credat filiofamilias incertis nominibus, vt indē pecuniā conficiat: non enim minūs officit ei Macedonianū, quā si pecuniā dedislet propter<sup>g</sup> colorē quēſitū. Adynatos, cū id proponit, quod sit cōtra rerū naturę fidē, à qua quidē specie nō lōgē abest. Apythanos, cū id tractatur, quod min⁹ sit verisimile. Aprepes, vt cū suā qd allegat turpitudinē. Anæſchyntos, vt cū res aliqua legib⁹ improbata, cuiusmodi

cuiusmodi est aleq; lusus<sup>i</sup>, et res meretricia, in iudiciū deducitur. Alogos, vt cùm eo iure, quod quis in aliū statuit, vel impetravit, vti non vult<sup>k</sup>. In circulū rediēs, veluti cū queritur inter fiscū, mulierē, & primū creditorē, quis in pignore preferri debeat. Prēposta, vt si q̄s ita dicat: Si nauis<sup>j</sup> ex Asia venerit, hodie dare spōdes? Ad hēc & similia asyftata dissoluēda, prima via est, vt pro nullis habeātur, quasi nihil penitus sit actū, veluti cū hippocentaurū q̄s dari sibi stipulatus est<sup>m</sup>: Altera, vt in suo statu & loco relinquātur: veluti cū iudex cedit tribunalī: cū pronunciat, non liquere: cū post centū annos, sic enī ab Areopagitis semel factū legimus, litigatores reuerti iubet. Tertia, vt reiectis inutilibus, vtilia reseruentur. Sic enī obseruat, in cōditionibus impossibilibus, iniectis legatis aut institutionibus heredū, cū pro nō scriptis habētur<sup>n</sup>. Alia, vt ex motu & affectione iudicis negotium definiatur: nā quod factum est, cùm in obscurō sit, ex affectione cuiusq; capit interpretationē<sup>o</sup>. Alia, vt media via eligatur. Nam et Iustinianus ipse, in manumissionibus à minoribus facendis, decimum septimū annum, tāquā medium, inter decimū quartum ac vicesimum, elegit<sup>p</sup>. Alia, vt quoquo modo finis & exitus reperiatur, quod quidē nō tā potest locutione exprimi, quā intellectu pro re nata perspici. Alia deniq;, vt forte res dirimatur<sup>q</sup>: nā et eius exstāt, nō pauca, in toto passim iure ciuili exépla. Sed hucusq; de asyftatis et perplexis. Iā autē sunt alia quædā, quæ nō intricata quidē sunt & insolubilia: sed indifferētia, vtpote, quæ natura sui, nec in hāc nec in illā iuris partem sunt propensa, sed media: ita vt nihil oīno intersit, hoc ne an illo modo cōstituātur. Quid enī, si naturā cōsulas, refert? vtrūm septem, an quinq;, an decem testes in testamētis adhibeas? Vtrūm duos, an tres annos in vſu-capionibus præscribas? Vtrūm in quæstione de non numerata pecunia, quinque potiū annos, quām quatuor, eligas? Certè in his casib⁹ omnibus nihil aliud opus est spectare, quām nudam & meram principis siue legumlatoris voluntatem & affectionem<sup>r</sup>. Is enim in his rebus solus dominatur, vt inquit Aristoteles, & imperat. Quānquā eam ipsam, potestatem, non infreuerter ijs concedere solet, qui rebus iudicandis<sup>s</sup> præsident: cū in ijs quæ explicari possunt, religionem suā: quæ non possunt, affectionē, iubet interponere. Quod quidē etiā atq; etiā nota. Nam nō omnia legibus cōprehēdi et includi possunt: sed in quibusdā, m̄q̄res serere oportet: in q̄busdā ad boni alicuius viri, id est, iudicis arbitriū, rē reijcere. Prēter asyftata et indifferētia, sunt nōnulla alia, quæ occulta potiū & abscōdita, quā vel intricata vel neutrā dici possunt. Nā quod solennitatum in testamētis & emācipationibus, nullā admodū causam & rationē tenemus: qd? an hoc ad id quod à iūs, vel à iūs, appellatur, referem<sup>t</sup> magis? an ad id, quod abstrusū & incognitū dicitur? Planē nō est dubiū, quin nōnulla sint in iure, tū pōtificali tum ciuili, quæ obscuras quædā intelligentias habeant, & ex ipfis vel naturæ, vel morum, vel antiquitatis latebris, erui debeant. Sed sunt, ea duūm omnino generum. Quædā sunt, quæ nullo penitus humano ingenio, vel omnino indagari, vel etiā si indagata sint, explicari, et in vulgus prodi, possunt. Atq; in his nihil restat aliud, q̄ vt Dei oraculū cōsulatur, & ad eū solū, tanq; ad verū

n ii & perse-

i. 1.j. ff. de alez  
lus.

k. ff. quod q̄sq;  
Iur.

l. §. itē si quis.  
Inst. de inutilib.  
stip.

m. §.j. Inst. de  
inutilib. stip.

n. §.imposibl-  
lis. Inst. de ha-  
red.inst.

o. 1. capienda.

ff. de reg. Iur.

p. §. vlt. Inst.  
quib. ex caus.  
ma. non lic.

q. 1.vlt. in prin-  
cip.C. cōmunia  
de leg. & fidei-  
commiss.

r. d.l.capiēda.

s. 1.j. ff. de te-  
stib.l. continuē.

g. 2. ff. de verb.  
oblig.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

& perfectum legumlatorem, recurratur. Et sic in omni memoria tum à Iudæis & Christianis, tum à Græcis, Romanis, & Barbaris, sæpe factum legitimus. Quædā sunt, quæ ab hominibus cognosci quidē et perspici possunt, sed non alijs, quām diuinis, vel secretioribus quibusdam, & à communī sensu remotioribus doctrinis, eruditis. Horum ratio tractatioq; tribus cōstat in vniuersum rebus. Vna est, vt abditæ rerum naturæ cognoscantur. Altera, vt quid mores tacitè stabilire possit, & conseruare, intelligatur. Tertia, vt cuiusq; gentis mysteria quædā & secreta, quæ vel fuerunt, vel sunt, vel futura sunt, perspiciantur. His enim tribus probè cognitis & comprehensis, nihil est facilius, quām aut de abditis legum causis iudicare, aut ea primū lege lata introducere, quæ non aperta quadam & manifesta, quemadmodum nuptiæ, testamenta, contractus, sed latenti & obscura ratione, quemadmodum sacrificia, cōsecrations, & diuinationum iura, constant. Est enim sic à summo rerum omnium opifice Deo procuratum, vt rerum omnium duplex sit natura: vna, naturalis & ex his quatuor primis corporibus desupta, proficiēs ad res & usus naturales: altera, diuina et à sempiternis illis ignibus profecta, cuius vis ad ea tantū, quæ diuina sunt, porrigitur: idque ita, siue de rebus loquamur, siue de moribus, siue de externis mysterijs antiquitatis & secretis. Cur adhibemus ad sacrificia (loquor autē de sacrificijs veteris legis) tū vina, tū aquæ oleiue adspersiones, tū suffitus & odores? An, quia vinum non modo corpus, vt est apud Platonem, calefacit, quod est naturale: verū etiam animum inflamat naturaliter, & ad diuinarum rerum contemplationem erigit & accedit, quod diuinum? Cur interueniūt in sacrificijs hymni, status, motus, flexus? An, quia mira quædam & latens vis inest, ad cōponendum ac regendum animum et mores, in musicorū cantibus? quibus mutatis, putat Plato mutari ciuitatū status? Cur deniq; nauem, anserē, cicadam, circūferimus in pōpis & sacrificijs? An, quia cōseruanda est memoria antiquitatis alicuius & rei geste? quæ admodū apud Romanos & Atheniēses fieri solet, & Iudæos, apud quos plurima cōstat: id ubrata fuisse, nō modò pr̄teritarū rerū et pr̄sentium, verū etiā futuri Christi, quē à multis seculis p̄misum expectabāt? Ergo ex his tribus, naturis rerū scilicet, moribus hominū & secretioribus genitīs bene cognitis et perspectis, p̄cedet omniū abditiorū rerū definitio, nō aliter atq; cōmuniū, ex naturalibus, diuinis, & externis, de quibus suprà diximus, principijs. Planè quædā sunt, vt author est Plato, in Rēpublica, quie nō tā aperto vel Dei vel hominū iudicio cōstituūtur, quām tacito quodā astrorū & naturæ cursu. Nam quodd ista gens ad illa, ista contrā ad illa, prop̄p̄la est naturaliter et procluis, quod tā est manifestū, vt exēplorū lumine nō egeat: cui tandem oportet alij imputare, quā naturæ loci & astris? ex quibus in genere rectè possumus dicere, magnū ingeniorū & morū partē depēdere? Et si illi naturales motus animorū, per longam deinde cōsuetudinē cōfirmētur, & in leges abeat, nō est dubiū, quin illæ leges, non tam hominū placitis & scitis, quām ex latentibus naturæ ductibus, & syderum traiectionibus, introductæ dici debeant. Sed de aystatis, indifferentibus, & ijs quæ obscuram causam habent, iam satis.

De dire-

## DE DIRECTIONE LEGVM AD VLTIMVM FINEM.



NVM adhuc restare videtur, quod in gubernanda regendaque legibus ciuitate, non modo non exiguum, sed reuerasum & maximum dignitatis locum obtinet, cuiusque tanta vis est & authoritas, vt eius solius intuitu & respectu, leges omnes formam suam & modum accipient, vtque perpetua quadam & constanti ratione, iustitia per res diuinias & humanas transfundatur. Hoc autem in nullo alio consistit, quam in finis ultimi, & rerum agendarum in republica, termini cognitione. Finis enim, cum pri-  
mum omnium sit in mente ac ratione legumlatoris, tantam vim habet & potestatem, vt omnia passim ad se rapiat, & cuncta, quae in ciuitate sanciuntur, ad se referri, & sibi parere compellat. Quae hactenus sunt exposita de ratione, qua fingere debeat legumlator, qua, de quæstione an sit, quid sit, quale sit, respondere, qua in circumstantijs & alystatis bene recteque versari, magna quidem sunt, & haud scio an maxima: sed sunt tamen huiusmodi, vt per se considerari non possint, sed ad suum finem, tanquam ad scopum, respicere ac collineare debeant. Finis vero, vt iam coepi dicere, eius est naturæ, vt nullò aliò respiciens, in se tantum acquiescat, & in omnibus porrò alijs, quae tota existant republica, dominatum & imperium teneat: ita vt in eum sodum omnia, tanquam ex diuersis iterinibus conuenire, & musica quadam ratione conspirare oporteat. Pla-  
nè si quid reperitur in legibus, quod cum ultimo fine non sit aptum & congruens, id tanquam alienum & spuriū, siue potius supposititum, repudiari & penitus extirpari debet. Tantundem obtinet etiam si ad pro-  
positum finem perget quidem, sed non iusto legitimoque modo ac ratione. Quid enim si per scelus & flagitium, stabilire velis populum & rem publicam? Quid si per nefas rem quereres, quam in munitionem tuæ ciuitatis, & amplificationem colloces? Oportet igitur in omnibus, tum ad expetendarum fororum finem contendere, tum iusto legitimoque modo ac ratione. Nam si quis est fortè legū vel lator, vel interpres, qui nullum omnino sibi scopum præfixerit, ad quem cogitationū suarum cursum dirigat, nō magis sibi in condendis scribendisque legibus constare, ac republicæ prodesse potest, quam in rectione gubernationeq; nauis, ille qui in medio semper mari iactatus, nullum sibi vñquam finem & portum, ad quem contendat, et in quem se recipiat, proponit. Si quis verò est, qui finem quidem & terminum apud animum suum meditatum habeat, sed nullis artibus & disciplinis sit paratus, quibus ea, quae ad eam rem necessaria sunt, eonficiat & fingat, quibusque in obscuris artificiose coniijcere in rebus ipsis, quenam sunt & quales, dijudicare, & earum ob-  
scuras intelligentias enudate sciat: non magis aptè leges & iussa popu-  
lorum condere potest, quam si nauis clauum regat ille, qui nomen quidem portus teneat, sed nec vñsum dirigendæ obliquandæque nauis ha-  
beat, nec vñlam viam & rationem cognoscat, qua ad illum portum pos-  
sit perueniri. Sed est diligenter etiam atque etiam adlaborandū, vt verus

N iii rerum

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

rerum finis & terminus inueniatur. Nam in hac quidem re, quantum versetur periculi, vel maximæ passim ciuitates & florentissimæ demonstrant, quæ ob hoc solum corruerunt, quod aliud in condendis legibus signum, quam oporteat, sibi habuerint præstitutum. Quantis olim viribus Lacedæmoniorum constiterit respublica, nemo est qui ignorat: Ceterum, quod nunc a multis retrò seculis deletum, & penitus extinctum sit, non accedit ex alia prorsus causa, quam quod in belli magis & armorum gloria, quam in vera perfectaque virtute, salutis suæ summam collocarit: quodque bellicas potius artes & disciplinas, quam tranquillitatis & quietis, colere maluerit. Quid dicam de Corinthiorum, Carthaginensium, & Romanorum rebus publicis? quæ ad summum usque gradum adiunctæ, suis tandem viribus, propter summi boni ignorantem, ceciderunt? Summa igitur ope admittendum est, ut non solum finis aliquis in genere proponatur, & quemadmodum eò perueniri possit, demonstretur: verum etiam, ut ipse verus omnium finis, ad quem cuncta toto orbe confluunt, reperiatur: & repertus, primo statim legum vestibulo & ingressu, proponatur. Atque hoc quidem est, quod noſtri legumlatores, vel à Iustitia, in libris suis principiū faciunt<sup>a</sup>, quæ quidem nihil est aliud quam modus quidam & mensura rerum omnium, vel ab ipso totius vniuersi fabricatore Deo<sup>b</sup>, qui & conditor est, & custos iuris vniuersi ac legū, quiq; summū nobis & extremum in rebus bonum exhibit, & in quo solo, tanquam vero & perfecto bono, acquiescere possimus. Nam quod nonnulla sunt bona, quæ humana dicuntur, cuiusmodi sunt, sanitas, forma, vires, diuitiæ: nonnulla quæ diuina, cuiusmodi Prudentia, Temperantia, Iustitia particularis, Fortitudo: nihil est si per se solù adspiciatur. Nam sic ad humana assequenda debet admitti legumlator, ut inde transitum faciat ad diuina. Sic iterum ad diuina, ut ex ijs, ad ipsum Deum, & perfectā iustitiam, ac mentem, ipsumq; bonū, quasi per gradus adscendet: & ab ijs quæ corporis sūt incipiēs, & inde ad animū peruenies, in eo tandem, quod ipsius mētis est, desinat, & consistat. Atq; hoc est, quod tradit Plato, in primo de legibus, his ferè verbis.  
 Ω. σίνε ιχθύος ὑπερί, εἰ Κρετῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μέτερα διαφερόντως, ἐγ τάσσιρ τελόνιμοι τοῖς ιλλούσι. ιχθυσι γάρ ιπλᾶς τοὺς αὔτοὺς χρωμάνους τύπαιμονας ἀποτελοῦντις. ἔπειτα γάρ τὰ ἀγαθὰ τορπίσσει. μίκρα δὲ ἀγαθά ισι, τὰ μὲρα ανδρώνια, τὰ δὲ θεά. ἔπειτα διὸ τοῦ θείων πάτητα καὶ ιχθύος διχοταταὶ τις τὰ μείζονα πόλις, καὶ ταῦτα γάρ τὰ ἀγαθά να. εἰ δὲ μή, σίγητε ἀμφοῖρ. ισι δὲ τὰ μὲρα ἀλέττοντα, ἢ γάρ ταῦτα μὲρα θύμησε, καὶ θεά, διέπερον. τὰ δὲ τρίτον, ιχθύος, τὰς τὰ μέρη πολέμου γάρ τὰς ἄλλας τάξεις κινίστος τῷ σύμματῳ. τέταρτον δὲ διὰ πλούτος, οὐ τυφλός, ἀλλ᾽ ὅπερι Σλίπων, ἐν περ ἀμβοῖς ἵππητα φρονίσσει. δὲ πρῶτον αὐτῷ οὐνόμενον ισιρ ἀγαθόν, & φρόνεσις. δεύτερον δὲ μετέ τούτοις, σώφρου φυχῆς ισισ. ισι δὲ τούτην μετ' ἀνθρακίσας προδίνεται τρίτον ἡγρὸν δικαιοσύνην, τέταρτον δὲ ανθρακία. τέταρτα δὲ πάντα ικίνινων οὐ μεροστούς τίταντα φίσις. γάρ δὲ ικέτη ταχτῶν οὐτιν. Sed iam illud non oportet ignorare, duplē esse summi primi que boni inspectionem. Vnam quidem, simplicem, puram, sinceram, & ab omni aliarum rerum admistione sciunctam: qualis adspectus solis & syderum, claro serenoque cœlo esse solet. Alteram verò, nec puram, nec apertam, sed quibusdam quasi fumis & nubeculis adspersam. Fitq; sēpē numerō, ut quæ vnius intuitu constituuntur, cum ijs, quæ alterius respectu sint, pugnare ac dissidere videantur, licet repletæ tamen nullo

a. vid. ff. & Inst. de Iust. & iur. l. quod si Ephesi. ff. de eo qd cert. loc. l. bona fides ff. depos.  
 b. vid. Cod. & extra de summa trinit. & fid. cathol.

nullo modo discrepant, quemadmodum ex Mosaicis & Euangelicis legibus licet intelligere. Et sanè quòd tanta videtur Iuris Pontificalis & Ciuilis hodie differentia, ex nullo penitus alio proficiscitur, quam ex diuersa summi boni cōsideratione. Nam quòd aliter circa Vsuras<sup>c</sup>, Ius-iurandum<sup>d</sup>, Concubinatū, Tempus luctus, Diuortium, Matrimonium, Testes in testamēto<sup>e</sup>, legibus pontificijs statuitur, aliter ciuibus: propter solā sacrarum literarum authoritatem est receptum: Quòd de nudis<sup>f</sup> pactis, stipulationibus alteri factis, seruorum & coniugij, liberis spurijs exhibendis cum similibus, aliud Iure canonico statuitur, aliud Romano: ex eo solo accidit, quòd naturam simpliciter intuentur Pontificales: corruptam & depravatam, ciuiles Principes & legumlatores. Atque ex his duobus diligenter consideratis & perpensis, nihil est facilius, quam omnes omnium differentiarum causas, inter ius pontificium ac ciuale, colligere. Sed iam mihi satis videor dixisse, quantum quidem instituta breuitas patitur: Primum, quo pacto in ijs quæ referuntur ad finem, versari debeat legum conditor, cuiusmodi sunt, fictiones, conjecturæ, definitiones, decisiones, circūstantię, a sytata: deinde, quomodo ad ipsum finem, & id quod in rebus est extreum, debeat respicere, cuiusmodi sunt ea, quæ iamiam sunt exposita. Nam his duobus bene perceptis & cognitis, nihil puto desiderari, quòd minùs quis, de iustitia per res diffusa, si modò vñus accedat & exercitatio, rectè ac aptè dijudicare posse.

e. c. i. & toto  
tit. ext. de vñs.  
d. c. eti Christus, extra de iu-  
reiur.  
e. c. cū esses ext.  
de test.  
f. c. i. & 3. extra  
de pact.  
g. extra de cō-  
iug. ser.

IOACHIMI

IOACHIMI HOPPERI PHRISII  
IVRECONSULTI, DE IURIS ARTE,  
LIBER TERTIVS.



V P E R E S T , vt ad eam partem instituti operis accedamus, quæ legum & principiorum authoritatem , quodam quasi sepietro, vallat & circundat. Nam si verū dicere volumus, nihil est omnino , quod præstare nobis possit in republica vel iuris & iustitiæ cognitio, de qua primò, vel ipsarum etiam legum & constitutionum præscriptio , de qua secundò diximus, si non & præmiorum quedam exhortationes, ac iudiciorum terriculamenta præponantur, quibus tum allici & inuitari homines ad rectè facta, tum à malo deterri, & in officio retineri possint <sup>a</sup>. Enim uero rectè placuit maioribus nostris, eas legum partes, quibus poenæ constituuntur aduersus eos, qui contra leges delinquunt, vocari sanctiones : videlicet, quia non solum sanctione aliqua sunt subnixæ vel munitæ : verùm etiam , quia debent præ alijs duabus partibus, ipsius quoque nominis & tituli prærogatiua, gaudere. Planè sic est in rebus à natura comparatum, vt quædam sint, quæ non tam certis & descriptis legibus, quam proœmijs legum, hoc est, prima iuuentutis institutione, concionibus ad populū, & scriptis Philosophorum , debeant comprehendendi . Cuiusmodi sunt, quæ de Deo, de virtutibus, de charitate patriæ, de magnificientia, de liberalitate, deque alijs similibus, quotidie in vulgus eduntur. Quædam vero eiusmodi, quæ nisi moribus aut legibus definiantur, incertum & ambiguum relinquunt populum: cuius generis sunt Dominiorum , Contractuum, Testamentorum, Tutelarum, & aliarum rerum iura, quæ non in natura quidem, sed in casu & necessitate sunt collocata . Quædam deniq; illius naturæ, quæ nō tā proœmijs aut legibus debeat, vt inq; Cicero, vetari, q; iudicijs: qualia sunt furta, rapine, adulteria, homicidia, plagia, & alia infinita, q; sua spōte ac ipso iure naturali sūt prohibita: ita, vt in ijs nihil aliud restet legislatori cogitadū, quam qbus poenis ac supplicijs affici ac emēdari debeant. Exoriunturq; hinc illæ quæstiones, quæ dicuntur iudiciales <sup>b</sup>, cùm aliæ, vel boni & æqui, vel iuris quæstiones nominetur. De hac igitur vltima legumlationis parte, quæ tanquā vinculum est duarum præscriptarum, nunc est exponendum : idque nimirum vt intelligatur, quomodo id quod è quum bonum est, & legibus iussum ac vetitum, ad exitum suum & effectum perduci possit . Huius duplex est in totum ratio: Vna, vt actiones quædam & formulæ prodantur aduersum eos, qui vel fidem pactorum deserūt: vel vltimis morientium iudicijs non satisfaciūt: vel possessiones aliorū interuerūt: vel furtis, raptionibus, homicidijs & alijs deniq; modis gravantur in republica . Altera, vt via quædam & ordo ex ipsa natura cōficiatur, secundum quem in iure consisti, & in omnibus actionibus ac iudicijs procedi ac litigari possit . Atque his duobus bene firmeque cōstitutis, nihil est facilius quam dignitatem legum & authoritatem conseruare . Nam quod in fine legum sic ferme subiicitur. Et ex hoc contractu cōpetit actio, quæ certi condicō vocatur: Si quis huic meę constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc aduersum se

a. I.i. ff. de Iust.  
& Iur.

b. I. Lucius. ff.  
mandat.

sum se seuerius exsecuturum: Quod de adulterijs, iniurijs, criminibus  
lesse maiestatis & alijs edicitur: priorem partem, quæ in actionibus dan-  
dis & poenis describendis versatur, significat. Quod vero toto sparsim  
iure ciuili tractatur, De iurisdictione, De in ius vocado, De litis conte-  
statione, De probationibus, De re iudicata, De appellationibus: secun-  
dam partem, quæ litigandi vias tradit, amplectitur. Prius autem est, vt  
dicendum sit de varijs & diuersis actionibus: post deinde verò de cursu  
& ordine Iudiciorum. Et actiones quidem, quantum <sup>c.</sup> complector ani-  
mo, vel sunt ciuiles, vel criminales, vel communes. Ciuiiles sunt, in qui-  
bus pecuniariter in rem vel personā agitur: quæque per iurisdictionem  
potissimum expediuntur. Criminales, quibus aut existimationis, aut  
corporis & capitis aliqua poena postulatur, quæque per merum impe-  
rium explicantur. Comunes deniq; quibus aut de personarum statu &  
tuitione, aut de tranquilla pacificaq; possessione queritur, & per mix-  
tum imperiū tractātur. Et sanè, quæadmodum in ciuibus hoc agitur,  
vt dominiorum, rerum creditarum, dotium, tutelarum, testamento-  
rum, & obligationum iura, sarcita tecta cōseruentur. Item in criminali-  
bus, vt boni defendantur, & in facinorosos homines animaduertatur:  
ita in mixtis hoc spectatur, vt possessiones rectæ firmæq; maneat, & per-  
sonis tum tuitaribus datis, tum adoptionibus & emacipationibus, ma-  
numissionibusque permisis, prospiciatur. Quæ res, cùm nec ad hanc,  
nec ad illam speciem referri possit, rectè dicta est à veteribus mixti impe-  
rij: quippe quodd nec sola pronunciatione sententiæ finiatur, quemad-  
modum lis & causa ciuilis, licet in ea subindè fiat executio, quæ usq;  
quodammodo sumitur ab imperio: nec in sola coercitione consistat,  
quemadmodum criminale iudicium, quod tamen à ciuili nonnun-  
quam mutuatur iurisdictionem: sed media quadam ratione contineat-  
tur, cuiusmodi est manumissio, emancipatio, missio in possessionem  
cum similibus: quæ non tam legum scriptarum sive mutarum, quam lo-  
quentium, vt loquitur Cicero, id est, magistratum authoritate expedi-  
untur. Atque id adeò est, quod Plautus, aut ad populum negotium  
esse dicit in capitalibus, quæ sunt meri imperij: aut in iure in prætorijs,  
ad decreta interponēda, quæ mixti: aut ad iudicē in ciuibus, quæ iuris-  
dictionis. Nam merum imperium nihil est aliud, quam habere gladij  
potestatem, ad animaduertendum in facinorosos homines, quod etiam  
potestas appellatur <sup>d</sup>. Mixtum <sup>e</sup>, potestas quædam, ex mero imperio  
& iurisdictione, temperata, qualis quæ in danda bonorum possessione  
consistit. Iurisdiction <sup>f</sup> tandem, iudicandi & iudicis dandi licentia, cui  
& modica coercitio, sine qua explicari non potest, est coniuncta. Scio  
sanè, quanta varietate doctorum & dissensione, ista semper fuerint dis-  
putata: sed hisce nostris pauculis bene intellectis, & ad rectæ rationis & antiquitatis normam reuocatis, nihil puto reliquum futu-  
rum, quod quemquam merito torquere & anticipem ambiguumque  
retinere debeat. Sed videamus, quomodo singula de tribus istis sese ha-  
beant, & quo tandem pacto iterum in suas species distinguantur.

c. l. cognitionū.  
st. de var. & ex-  
traord. cog.

d. l. imperiū. <sup>ff.</sup>  
de iurisd. omn.  
Iud.  
e. l. imperiū cū.  
seq. d. tit.  
f.l., & a d.l. im-  
perium. d. tit. l.  
vlt. ff. de off. eius  
cui mād. est. Iur.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE CIVILIBVS ACTIONIBVS, QVAE PER IVRISDICTIONEM EXPEDIVNTVR, QVO- MODO DIVIDANTVR SECVN- DVM GRADVS.



**I**VILIA iudicia tum gradu differunt inter se ac ordine, tum secundum specierum ac naturarum diuersitates, tum verò secundum res subiectas, de quibus singulis exponendum. Quantum ad gradus attinet, qui tres sunt, Primus est carum rerum, quas naturali tantummodo vinculo debitas, naturali quoque solùm modo ac ratione persequimur: Sic enim utiles & voluptuarias impensas abradimus<sup>a</sup>: Sic ex nudo pacto exceptionem acquirimus<sup>b</sup>: Sic usurpas non stipulatione, sed simpliciter promissas, per retentionem pignoris seruamus<sup>c</sup>: Sic omne deniq; debitum naturale<sup>d</sup>, per compensationem, nouationem, aut constitutū, interpositum exigimus. Alter gradus est eorum, quæ plenè perfecte<sup>e</sup>; secundum cuiusq; ciuitatis iura debentur, & quæ ob id legitimis et solēnibus actionibus in iure peti possunt: veluti ex empto vendito, locato conducto, mandato, deposito, pignore, cum similibus. Sed in his contingit nonunquam, ut non aperto iure nisi possis, sed officiū iudicis implorare debeas. Nam si pertenda<sup>f</sup> restitutio integri: si exigenda cautio: non futurum per aduersarium, quod minus tignum in parietē immisum habere liceat<sup>g</sup>: si exigēdæ usurpæ in bonæfidei contractibus<sup>h</sup>: necessarium est, ut ad officium & benignitatem iudicis curratur. Nam in illis, quæ directò debet, legitimas actiones, quæ ex bono solū & æquo, officium suū Iudex impartiri solet. Quanquam generaliter & ea dicuntur ex illius officio dependere, quæ ex certis & descriptis actionibus oriuntur<sup>i</sup>. Ultimus gradus pertinet ad ea, in quibus etiam sine iudice quis se licet vindicat<sup>j</sup>, & sua propria autoritate rem suam vel sibi debitam consequitur. Ita debitorum nostrum arripimus, qui in fuga est vel fugam meditatur: ita sum nocturnum, qui cum telo ambulat, occidimus<sup>k</sup>: ita possessiones nostras ab alijs, absentibus nobis, occupatas, primo impetu; sine fraude inuadimus<sup>l</sup>: ita filiæ adulterum, in ipso facinore deprehensem, licet interficiamus: ita postremò vim omnem nobis illatam, vi contraria repellimus. Nam quia periculum est in mora, & iusti doloris magnus ubique fauor & excusatio: rectè comparatum est, ut quedam proprijs auspicijs, sine iudice, & per vim, administrare liceat: cùm tamen in alijs regulariter nefas sit, id, quod nobis debetur, non per iudicem reposcere<sup>m</sup>. Planè boni legislatoris est, tres huiusmodi persequendorum debitorum ordines & gradus, propter negotiorum varias & causarum figuræ instituere: sed prudentis iudicis & prætoris officium est, ut quæ res, quibus ordinibus accommodari debeant, solerter ac diligenter dijudicet.

DE DIFFE-

DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS. 50  
 DE DIFFERENTIIS ACTIONVM CIVILIVM,  
 SECUNDVM SPECIES.



P E C I E S verò actionum, quas legislator sibi comparatas habere debet, variæ sunt & multæ, suntque suis nominibus apud Romanos notatæ, apud quos ciuiles, prætoriæ, bonæ fidei, stricti iuris, condicitiæ, vindiciarum, arbitrariæ, temporales, famosæ, contrariæ, & aliæ consimiles actiones, reperiuntur: de quibus ordine, tum secundum antiquitatis, tum verò secundum ipsius rationis veritatem explicabimus, vna demonstrantes, quomodo bonus legumlator, in constituendis actionibus versari debeat. Primum igitur ita debet se collocare, vt quasdam actiones scriptis comprehendat, & formulis suis circumscribat, nominibusque designet, quo videlicet certi aliquid sit in Republica, quod & cūctus populus, & is qui iurisdictioni præst, sequatur. Sed si est, vt per experientes homines, qui magistratus & iudicia sustinent, intelligatur aliquas actiones desiderari, eas reliquis adiici, & in numerum per eos quoque reponi, iubebit. Nam quemadmodum his moribus, omnia manu solum & imperio Principis, sine scriptis legibus administrari, periculose: ita in illis tantum, quæ mutis tabulis continentur, acquiescere, absurdum. Et hoc illud est, quod iure ciuili<sup>a</sup> duo statuuntur actionū sive cognitionum summa genera. Vnū ciuile, quod à Legibus, Senatus consultis, Plebiscitis, & alijs partibus iuris ciuilis proficiscatur. Alterum prætorium, quod à prætoris iurisdictione capiat originem. Hoc ergo primum, quod in actionibus obseruare debet legum conditor. Secundum est, vt regulariter quidem in actionibus secundum ea iudicetur, quæ lingua nuncupata sunt, & quæ nominatim & expressim, negotijs inserta manu teneri poslunt: sed subiude tamē ad ea respiciatur, quæ foris adueniant, & ex æquo bono rebus applicentur. Nam ne facilis & pronus sit error in iudicijs, nœue iudex benignitatem prætendens, odijs fortè suis & affectionibus indulget: regulariter probatum est, id sequendum esse, quod aperte conuentum, & pactionibus stipulationibusque testatum reperitur. Verum quia nonnulla sunt negotia, quæ vel natura sui, vel propter insignem fauorem, vel ob frequentem & necessarium usum, tam sunt laxa & libera, vt in certam definitamque rationem cadere aut non possint, aut certè non debeant: vtique docet usus necessarium esse, vt quædam quoque iudicia proponantur, quæ benignitatem quandam, & ex bona fide estimationem in se contineant. Et hinc quidem est, quod actionum<sup>b</sup>, aliæ sint stricti iuris, aliæ bonæ fidei. Quis enim in negotijs gestis, tutelis, in familijs herciscundis, & communibus rebus dividundis, in petitionibus hereditatum, quæ per se natura sui, largæ sunt & vniuersales, certâ aliquam & restrictam rationem præscribat? Quis in mandatis, depositis, pignoribus, negotijs, tutelis, commodatibus, in quibus fidem amicorum, vel imploramus, vel sequimur, id tantum velut strictè apprehendere, quod actum & conuentum est?

o ij

Non est

a. §. sed iste.  
Inst. de act.

b. §. actiones  
a. it. Inst. de act.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

Non est profecto id amici alicuius, sed duri & rigidi hominis. Quis tandem in emptionibus, locationibus, permutationibus, rebus estimatis non admittat ea, quae extrinsecus ex bona fide accedunt, de quibus neque dictum, neque cogitatum est, estimare? cum contractus illi ad hoc sint comparati, ut cōfocationem humanam quotidie conseruent, & propter frequentiam non patiantur, ut singulis eiusmodi actibus, vel testium præsentia, vel scripturæ solennitas intercedat. Ergo his tribus concurrentibus, vel certè non pugnantibus, natura rei, fauore, ac frequentia: rectè traditum est à veteribus, non stricto quidem, ut regulariter sit, iudicio, sed ex bona fide contendendum esse. Cæterum, si frequens quidem sit negotium, & non odiosum, sed tamen arcta strictaque naturæ, cuiusmodi est mutuum, quod numero, pondere, mensura constat: stipulatio, quæ certa verborum conceptione: proprius est, ut strictu quoq; maneat iudicium, quod quidem diligenter est notandum. Nam quod multi multa de his rebus, sursum & deorsum, vltro & citro disputant, nihil ad rem pertinet. In naturis enim rerum indagandis, non oportet ab ijs, quæ ex accidenti forte, sed proprie, suaque sponte, ijs adlunt, rationem accersere. Verum hoc secundum. Iam tertium, quod in actionibus procurare debet legumlator, est, ut in quibusdam causis, priùs quam ad cōdemnationem ipsam secundum legem procedatur, permittatur iudici, ex æquo & bono secundum cuiusque rei, de qua agitur, naturam arbitrari, quæadmodū actori satisfieri oporteat: & nisi is, cum quo agitur, arbitrio iudicis actori satisfaciat, veluti rem restituat, vel exhibeat, vel soluat, vel ex noxali causa seruum dedat, ut tunc demum ad ipsam sententiam, secundum leges veniatur. Sed cur ita? inquires, quid id opus est? Certè in nonnullis casibus, quoniam in speciem videatur iniqua petitio, & contrà, iusta &quaque defensio: nimis durum est, nulla præcedente amicabili monitione, statim ad ipsam condemnationem procedere, & eum in magnâ molestiam, sumptum, & infamiam coniucere, qui si vel semel à bono aliquo viro, id est, iudice suis sit admonitus, ne unum fortè verbum amplius cum aduersario suo commutasset. Qui Publiciana in rem actione impetratur, nonne ipsius iuris ciuilis autoritate munitus & tectus est? Qui Seruiana vel Hypothecaria, nonne nullum se unquam pactum iniisse, & ne nuda quidem conventione rem obstrinxisse, rectè potest prima fronte allegare? Quid ille? aduersus quem ad exhibendum agitur, an non re. Etè dicit aduersario? Quid tibi rei meæ inspectio est? Aduersus quem noxali, Quid mihi cum ijs, quæ seruus meus deliquit? Aduersus quem alio loco agitur, quam quo dari promissum est, quid me hīc interpellas? Ephesi dare spondi, Ephesi pete. Si ergo probabilis est eiusmodi defensio, quam reus conuentus prætendit: honeste per contrarium equum est & rationi consentaneum, ut nisi præmonitus à iudice non condemnetur? Sed quid hoc est: inquires, quod ei, qui de eo conuenit, quod vi metusue causa, aut dolo malo factum est, iste quoq; fauor accommodatur? is enim nihil habere videtur, quod fraudi culpæq; suæ prætexat. Ecce rem. Illud certum est, ipso iure tutum esse eum, qui vel dolo, vel metu quid

c. §. præterea.  
Inst. de act.

## DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS. §1

metu quid expressit ab aliquo, nec vllas antiquitus existisse formulas, quibus vrgeri, vt est apud Ciceronem, & conueniri possit. Quoniam igitur non fauore debitoris, sed propter ipsius iuris grauitatem, indignum videtur illi confessim poenam irrogare, qui ipsius antiqui civilis iuris patrocinio sit suffultus: recte comparatum est, vt prius à iudice admonetur, & deinde si monitioni non pareat, propter contumaciam de vi & dolo conuictus, plena perfectaq; sententia puniatur. Illud quartò etiam atque etiam debet curare legumlator, vt in nōnullis negotijs, non statim permittat iudex in ius duci, trahi, vel rapi eum, cum quo actio est: sed iubeat diem ei dici, & denunciari, qua actor reo debitum condicat, id est, amicabilem debiti petitionem proponat, antequā ad competentes actiones descendatur<sup>d</sup>. Et est quidem equissimum, hoc obseruari in ijs omnibus, in quibus debiti & crediti ratio, vel quasi versatur: cuiusmodi est mutuum, stipulatum, & expensolatum, vt inquit Cicero. Nam cūm in ijs, vel solis tabulis prolatis, res posset expediri, confessimq; iudicari, & communiter vertatur tum odiū creditoris, tum pudor & verecūdia debitoris: quē nō temere publico iudicio prostitui ac lēdi debet: cūmq; ut plurimū hoc tantū agatur, vt aliquę induciæ solutionis impetrētur, cōueniēs & æquitati cōsentaneū est, vt nō apertis forēs statim propalā actionibus, sed denūciationibus prius, & cōdictionibus debitor pulsetur. Quā quidem res maiorem olim & vberiorem habebat usum, cūm ab ipsis petitoribus in ius rei ducerentur, quod in contradictionibus non licebat, quām hoc tempore habeat. Quanquam & hodie in ijs hoc custodiri debeat, vt nec manifestè pleno foro nec citatione exposita, sed sciunctim & separatim monitione facta, contradictiones proponantur. Cui & hoc accedit, quod in omni contradictione cessat ignominia<sup>e</sup>, quamvis ex famosa causa pendeat, quod in communib; actionibus longè secūs est. Quintum munus legislatoris in actionibus est, vt certas quasdam vias & rationes inueniat, quibus suum quisque repetere, & in libertatem asserere queat. Nam cūm magna communis tranquillitatis & salutis pars dependeat ex rerum & dominiorum distinctione: diligēter etiam atque etiam prouidendum est, vt ne vlla in ijs perturbatio & confusio existat. Et ideo, si rem aliquam possideat quis, quam Titius suam esse affirmat: possessor autem, dominum eius se esse dicat: recte comparatum est apud Romanos, vt in rem actio Titio detur, quā vindicatio nominatur<sup>f</sup>. Et apud veteres quidem Romanos, vt author est Gellius, sic exercebatur vindicatio. De qua re (inquit) disceptabatur in iure præsenti, siue ager, siue quid aliud est, cūm aduersario simul manu prenderet, in ea re, omnibus verbis vindicare, id est vindicia, correptio manus, in re atque in loco præsenti apud Prætorem, ex duodecim tabulis fiebat, in quibus ita scriptum est: Si qui in iure manum conserunt. Sed postquam Prætores propagitis Italiz finibus, datis iurisdictionibus, negotijs occupati, pacisori vindicatarum dicendarum causa longinquas res grauitabantur: institutum est contra duodecim tabulas, tacito consentia, vt litigantes, non ex iure apud Prætorem manum consererent, sed ex iure, manu consertum vocarent, id

d. I. debitores.  
C. de pig.

e. I. cessat. ff. de  
act. & oblig.

f. §. omnium.  
Inst. de act.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

est, alter alterum, ex iure, ad conferendam manum, in rem, de qua ageretur, vocaret. Atq; profecti simul in agrum, de quo litigabatur, terra alii quid, ex eo, vtì vnam glebam, in ius in urbem ad prætorem deferrent, & in ea gleba, tanq; in toto agro, vindicarent. Haec tenus Gellius. Pertinet verò còde, & illæ veteris iuris leges. **S V P E R S T I T I B V S P R A E S E N T I B V S, V I N D I C I A E S V M V N T O R A B I I S, I N T E R Q V O S C O N T R O V E R S I A E S T: V I N D I C I A E S E C V N D V M L I B E R T A T E M D A N T O R.** Scribit eadem de re Asconius Pedianus in hæc verba. Lis vindiciarum est, cùm litigatur de ea re, cuius apud prætorem certum est, quis debeat esse possessor: & ideo qui eam tenet, dat pro præde litis vindiciarum, aduersario suo, quo illi satisfaciat, nihil se deterius in possessionem facturum, de qua iurgium esset. Rursus sponsione ipse prouocatus ab aduersario, certare pugnam aut estimacionis quid amittat, ni sua sit hæreditas, de qua contendit. Hæc ille. Sextò debet ad curam suam reuocare legum conditor, vt nonnullas actiones diuturnitate temporis euanescent, & certis annorū curriculis interire patiatur. Nam iniurię illatę memoria, vtì obliuione q; citissimè obrutatur potius, quam diu conseruetur, procurandum est. Quasdam septimò querelas cum ipsis personis intercidere h; iubebit, prohibens, ne aut hereditibus, aut in hæredes permittantur: Præterea octauo nec semper, nec in omnibus negotijs, in solidū reum cōuentum damnari sinet, sed in nonnullis, in tantum, quantum facere potest<sup>i</sup>. Quid enim si cum patre patrono uectio est? si quis ex liberalitate sua conueniatur? si de dote agat mulier? nonne æquum est, vt haec tenus eum condemnatum faciat, quatenus facultates eius ferre possint? Quis enim patiatur, vel patrem à filio: vel maritū ab vxore, bonis suis vniuersis & fortunis exui: lá nonò & infamiam nonnunquam vietum sequi iubebit Iudex, & aduersario dabit facultatem in item iurandi contra eum. Nam si dolus eius arguitur, an ne merito suo adsperritur ignominia? & intantum, quantum ex affectione pars diuersa petit, condemnatur<sup>k</sup>? Præterea cù subinde fiat, vt ab vna tantū parte cōtrahatur obligatio, vt in mutuo: subinde ab vtraq; parte, vel eque principaliter, & re et nomine, vt in societate: vel æque principaliter re tātū, nō nomine, vt in empto vēdito, locato cōducto: subinde deniq; ab vna parte principaliter, ab altera ex accidenti, & post facto, vt in commodato, deposito, mādato, pignore: meminisse tandem decimò debet legislator; vt in primis vnā tantū ab vna parte det actionem vt in mutuo: in secundis, duas directas, vt in societate, empto vendito: in tertīis, vnam directam, alteram contrariam, vt in commodato, pignore. Sed de decem diuersis actionum speciebus iam sat. Nam quod actionum aliæ sunt præjudiciales, vt per quas queritur, aliquis liber sit, an seruus: Aliæ præparatoriæ, vt ad exhibendum: Aliæ duplices, vt familiæ hereditandæ, communī dividendo, finium regūdorum: Aliæ deniq; non nostro, sed alieno nomine suscepτæ, vt exercitoria, institoria: non tam specie differentes actiones facit, quam qualitate aliqua. Nunc verò videamus, quomodo diuidantur actiones secundum res subiectas.

**g. tot. tit. de p.  
pet. & temp. act.**

**h. l. ex cōtrafli-  
bus. ff. de act.**

**i. §. item. Inst.  
de act.**

**k. l. in actioni-  
bus. ff. de in le-  
jur.**

**DE DIVI-**

## DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS. 53

### DE DIVISIONE ACTIONVM CIVILIVM SECVNDVM RÈS SVBIECTAS.



**S**T autem summa earum diuisio, in rei persecutorias<sup>a</sup>, & persecutorias poenæ. Nam vel hoc agitur, quemadmodum quisque suum, aut sibi debitū, consequatur: vel quēadmodū iniuriam, sibi aut reipublicæ sine facinore factā, vindicare possit. Et illæ quidem, quæ rei persecutoriæ sunt, Alias intenduntur in rem: Alias verò in personam<sup>b</sup>. In rem, vt cùm id quod nostrum est, à possessore vendicamus: Idque nonnunquam vniuersaliter, puta cùm corpus aliquod iuris, cuiusmodi est hæreditas, persequimur: nonnunquam generaliter, veluti cùm tutelæ, negotiorum gestorum, agimus: nonnunquam denique specialiter, vt cùm vnam aliquam rem singularem petimus. Et est quidem ea res, Aut corporalis, quæ nūc pleno proprietatis iure vindicatur: nunc minùs pleno, vt cùm ager vectigalis, vel emphiticarius petitur: Aut incorporalis, quæ nonnunquā in confessoriæ, nonnunquam in negatorię actionis rationē incidit: idque siue sit personæ seruitus, vt vsusfructus, vsus, habitatio: siue prædij, tum urbane, vt prospectus, luminum, stillicidij, altiùs non tollendi: tum rustici, vt arenæ fodiendæ, calcis coquendæ, pecoris ad aquam appulsus. In personam actiones sunt, vel rerum creditarum, vel personarum, vel successionum, vel liberalitatum, quātum ad præsens ius attinet, vel obligationum. Rerum creditarum sunt, pleraque ad contractus varios pertinentia iura: nam vt libro decimo questionum Celsus ait: credendi generalis appellatio est, & cuicunque rei assentiamur alienam fidem fecuti, mox recepturi quid ex hoc contractu, credere dicimur. Fit verò id vel re, vel consensu. Re, veluti in mutuo vel quasi, commodato, pignore, deposito. Consensu, vt in emptione venditione, locatione, condictione, societate, mandato. Et cohærent cum his illæ actiones, quæ de constituta pecunia competunt, de eo quod certo loco dari vel fieri promissum est, Item, quæ alieno nomine competunt, vt exercitoria, institoria, de peculio, quod iussu, de in rem verso: Denique quæ accessoriæ sunt, vt Hypothecaria, Redhibitoria, De cutionibus, De usuris, De mora, cum similibus. Personarum sunt, matrimonium & tutela. In matrimonij quæritur, de sponsalibus, nuptijs, dotibus, donationibus inter virum & vxorem, diuortijs, & repudijs, impensis in rebus dotalibus factis, de rebus amotis, de agnoscendis, alendis, & exhibendis liberis, de ventre inspicio. In tutelis, de administratione tutorum vel curatorum, de suspectis tutoribus vel curatoribus, de confirmando tute vel curatore, de autoritate & consensu tutorum vel curatorum, Vbi pupillus educari vel morari debeat, De tutelis & rationibus distrahendis, De magistratibus conueniendis, De rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt. Successio, alias defertur ex ultima testantis voluntate: alias, ab intestato. Ultimarum voluntatum species sunt, testamentum solenne, nūcupatiuum, militare, codicilli, fideicomissa, deferrunturq; ex ijs, partim.

a. §. sequente:  
Inst. de act.

b. I. actionum.  
ff. de act. & ob-  
ligac.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

partim vniuersaliter, tam simpliciter & directe, quam per substitutio-  
nem. Partim res singulares per legata & fideicommissa. Et exoriuntur  
indè quæstiones, De iniusto,rupto,& irrito facto testamēto, De cōdi-  
tionibus institutionum, De lege falcidia, De trebelliano Senatuscon-  
sulto, Quando dies legati vel fideicommissi cedat, cum nonnullis alijs.  
Ab intentato solet locus fieri: primūm descendantibus, deindè adscen-  
dantibus,tertiò collateralibus, vltra fratres: fitque s̄ape, vt de gradibus  
cognitionis dislēnsio suboriat. Liberalitatum,quædam conferuntur  
inter viuos,quædam causa mortis. Earum,quæ inter viuos conferuntur,  
species,vt inquit iureconsultus<sup>c</sup>, sunt complures. Dat aliquis ea mēte,  
vt statim velit accipiētis fieri,nec vlo casu ad se reuerti,& propter nul-  
lam aliam causam facit,quam vt liberalitatem & munificentiam exer-  
ceat: hæc propriè donatio appellatur. Dat aliquis, vt tunc demum ac-  
cipientis fiat, cùm aliquid fecutum fuerit: hæc non propriè dona-  
tio appellatur, sed totum hoc, donatio sub conditione est. Item cùm  
ipse ea mente dat,vt statim quidem fiat accipientis: si tamen aliquid fa-  
ctum fuerit,aut non fuerit, id velit ad se reuerti: hæc non propriè dici-  
tur donatio, sed totum hoc donatio dicitur, quæ sub conditione resol-  
uitur. Mortis causa donatio est, cùm quis habere se mauult, quam cum  
cui donat: magisq; cū cui donat, q̄ hæredē suū<sup>d</sup>. Julianus libro decimo-  
septimo digestorū, tres esse species mortis causa donationum, ait. Vnā,  
cùm quis nullo præsentis periculi metu conterritus, sed sola cogitatio-  
ne mortalitatis, donat. Aliam,cùm quis imminentे periculo commo-  
tus, ita donat,vt statim fiat accipientis. Tertiam, si quis periculo mor-  
tis, non sic det,vt statim fiat accipientis: sed tunc demum, cum mors  
fuerit insecura. Obligationum nonnullæ sunt ex nudo meroque con-  
tractu, nonnullæ ex maleficio: Ex mero contractu sunt, quæ ver-  
bis contrahuntur, aut literis,veluti ex Stipulatione, Fideiuſſione, Cau-  
tione iudicatum solui, Rem pupilli ſaluā fore, Rem ratam haberī, No-  
uatione, Delegatione, Acceptilatione, Literis, Epistolis, Chirographis,  
& alijs quæ sunt eiusdem generis. Ex maleficio, veluti ex furto, ex dam-  
no, ex rapina, ex iniuria, quæ omnia vnius modi sunt: nam hæ obliga-  
tiones tantum ex re consistunt, id est, ex ipso maleficio, cùm alioquin  
ex contractu obligationes, non tantum re consistant, sed etiam verbis  
& consensu. Hactenus de actionibus rei persecutorijs. Quæ pœnæ per-  
secutoriæ sunt, vel sunt in ſimplum conceptæ, vel in duplum, vel in tri-  
plum, vel in quadruplum. In ſimplum agitur, cùm ad id tantum, quod  
abest, dirigitur actio, sed noua aliqua intentione, quæ pœnæ loco sit:  
veluti cùm condicō instituitur contra furem: nam cùm alioqui  
nemo rem suam condicere possit: odio furum, quo magis pluri-  
bus actionibus teneantur, effectum est, vt extra pœnam dupli aut qua-  
drupli, rei recipiēdæ nomine, fures, etiā hac actione, teneantur, si A P-  
PAREAT E OS D ARE O P O R T E R E, quanuis sit aduersus eos  
etiam hæc in rem actio, per quam quis rem suam esse petit<sup>e</sup>. In duplum<sup>f</sup>  
agitur, veluti furti nec manifesti, damni iniuriæ ex l. Aquilia, depositi,  
ex quibusdam causis: Item serui corrupti, Et ex legato, quod venerabi-  
libus lo-

c. 1.j. ff. de do-  
nat.

d. 1.j. & 2. ff. de  
mort. cauſ. do-  
nat.

e. §. sic itaque.  
Inst. de act.<sup>f</sup>  
f. §. in duplum.  
Inst. de act.  
g. §. tripli. Inst.  
de act.

libus locis relictum est. Tripli & tunc agitur, cum quis maiorem vera estimatione quantitatē, in libello conuentionis inserit, vt ex illa causa viatores, ampliorem summam sportularum nomine exigant. Quadrupli<sup>h</sup> tandem, veluti furti manifesti: item de eo quod metus causa factum est: deque ea pecuria, quæ in hoc data est, vt is cui datur, calumniæ causa negotiū alicui faciat vel non faciat. Verùm in nonnullis causis, duplum illud, vel quadruplū, merā puramq; pœnā continet, vt in furto: in nonnullis, rē simul et pœnā, vt in actione vi bonorū raptorū. Itē in nōnullis omnimodo est pœnalis actio, vt in furto & iniuria: In nonnullis ita demū, si reus inficietur, vt in lege Aquilia. Nam ea in confitentem est simili, in inficiantē verò dupli. Deniq; in nōnullis, priuata causa vertitur, vt in iniurijs, furtis, damnis: in nonnullis popularis, vt in albo prætoris corrupto, in sepulchro violato. Nam in huiusmodi vindicādis, versatur communis & publici iuris defensio<sup>i</sup>. Et ratio quidem, cur nulla poena vltra quadruplū, in omnibus ferè rebus publicis extendatur, est: quoniam cum duæ tantum personæ, & item res & factum, quæ simul quatuor in delictis statuunt, veniunt in reputationē, & noxæ poena debeat esse par: æquum est, vt vltra illa quatuor, nullæ ciuiles pœnæ, quæ quidem meræ pœnæ sint, porrigantur. Nam quod in nonnullis, non nisi per inficiationē pœna debetur: in nonnullis cum re: in nōnullis etiā sine re, fiat pœnæ suppeditatio: pro varijs rerum causis & figuris est comparatum. Et quod delictorū alia sint alijs capitaliora, & maiore odio digna, tā est manifestum, vt suis id facile sensibus, vniuersisq; apprehendere possit.

h. § quadrupli.  
Inst. de act.

i. l.j. & tor. q.d.  
ff. de pop. act.

## DE IUDICIIS CRIMINALIBVS, QVAE MERO IMPERIO EXPEDIVNTVR.



**E**QUITVR de criminalibus et capitalibus iudicijs, quibus ad Rempublicā fundandā ac stabiliendā, & ad cōmunē societatis humanæ cōcordiā retinendā, nihil potest esse magis salutare. Horū tanta est in ciuitate dignitas et authoritas: vt non ad priuatum singulorū commodū, sed ad totius ciuitatis publicam salutem ac defensionē, comparata esse credantur<sup>a</sup>. Atq; ea re factum est, vt neq; foeminæ, neq; impuberes, neq; serui, ad accusandum<sup>b</sup> admittantur: quasi scilicet eorū tantummodo sit hēc negotia tractare, qui publicarum functionum et munerū sunt participes. Contrahuntur autē delicta, vel ex causa priuata, vel ex causa publica. Ex priuata causa sunt, furtum, rapina, iniuria, interpellatio matrimoniorum, illicitorum collegiorum coactio, stellionatus, vexatio annonæ, scopelismus, sacculariorū & circulatorū ars, violatio sepulchorū, concussio, abigeatus, prævaricatio, receptatio, expilatio, terminorū amotio. Nam in his magis leditur priuata singulorū, quā publica omniū utilitas. Néc ad rem pertinet, quod quorundā etiam in superioribus mentionē fecerimus: quoniā sēpe accidit, vt idem crimen & ciuiliter pariter & criminaliter vindicetur. Quæ ex publica causa oriuntur, vel violent caput & fundamentū totius vitæ ciuilis, religionē: vel ipsius publicū statū & politicū: vel terū militariū disciplinam

a. 4ij. 1. 1. 4  
publ. Iud.  
b. 1. qui accusa-  
re. ff. de accusat.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

disciplinā & ordinē. Primi generis sunt, Hęresis, Simonia, Scisma, Apostasia, Sacrilegiū, Fceneratio, Sortilegiū, Goritia, Magia. Posterioris, Crimē lese maiestatis, Adulteriū, Homicidiū, Veneficiū, Vis publica & priuata, Crimen falsi, Crimē repetundarū, Crimē peculatus & De residuis, Crimē ambitus, Plagi, Annonę vexatę, cū innumeris alijs. Tertij tādem, hostibus se dedere, arma abiijcere vel alienare, emansorē esse, desertorē, transfugam, seditionem, proditorem, dicto nō audientem, stationis desertorem, fallarium ordinis sui vel signorum, furem rerum militarium, cō alijs eiusdē modi. Atq; hęc ideo dicūtur publica, quoniā virus eorū & venenū pertinet ad totum Reipublicę corpus, & inficit ea præcipue mēbra, quę principē in ciuitate locū obtinent: ita vt nisi remedia legitima & iusta in tēpore adhibeātur, periculū sit, ne totius Reipublicę ruinā & interitū moliantur. Est autē eorū sanatio posita nō in actionibus quidē & formulis, sed in exquisitis quibusdā pœnarū & suppliciorū generibus: debetq; diligenter operā dare legū conditor, vt singulis facinoribus & delictis singulas castigatiōes & pœnas adhibeat: estq; in eo tota iustitię laus et virtus collocata, vt suum cuique pro meritis attribuatur. Quanquā tamē nō negarim, præmia quoq; subindē populo proponēda esse, qbus duri ac præfracti hoīes, à scelerib' suis et vitijs, ad meliore fru-  
c. 1. vt virtutū.  
C. de stat. &  
imag.  
gē & vitę sobrietatē inuitetur: permisli quoq; nōnunq;, vel remittēdi  
vel abolēdi criminis potestate, vt pro grassantiū tū multitudine, tū pau-  
citate, nūc relaxētur, nūc intēdātur crima. Nā q̄ triūphi ouationes, co-  
ronę nauales, murales, vallares, castrēles, ciuicę, benemerētibus publicē  
decernūtur: qd tādē aliud sibi vult, q̄. vt honestū virtuti p̄miū, & quod-  
dā ad rectē facta inuitatētū cōstituatur? Quoniā igitur, vt dictū est, cri-  
minū, alia sunt sacra, alia ciuilia, alia militaria: zequū est, vt totidē quoq;  
suppliciorū potissimū genera statuātur. Et pōtificę qdē pœnē sunt, pur-  
gatio Canonica, priuatio beneficij, carcer cū inedia, excōmunicatio, siue  
redactio ad pegrinitatē, degradatio, siue ad ciuilē pœnā traditio. Ciuiiles  
aut sūt patrimonij, aut status, aut corporis. Patrimonij sūt, indictio mul-  
tarū, et phibitio certę alicuius negotiatiōis aut artis, ex qua viuere solet  
is, q̄ dānatur. Status et cōditionis, veluti cūm honores quis et dignitates  
amittit, cūq; infamia notatur, & in calcariū vel sulfurariū opus ad tem-  
pus mittitur. Itē cū in exiliū proficisci, & solū vertere iubetur, interdi-  
ctione facta, vel vnius loci, vel omniū excepto uno, vel lata fuga: deniq;  
cū libertas amittitur, & seruus pœnę quis efficitur, aut deportatur, aut  
aqua illi & igni interdicitur. Corporis pœnē sunt, veluti cū fustiū ali-  
q̄s admonitione, vel flagellorū vinculorūm ue verberatiōe, vel mēbrorū  
mutilatione, ac impositione stigmatū castigatur. Itē cū vita, vel gladio,  
vel ignib', vel cruce, vel inedia, vel alio deniq; modo adimitur. Deniq;  
quod omniū grauiissimū est, cū adēpta vita, & bonis fisco addictis, me-  
moria insup hoīis & posteritas in ppetuū dānatur. Militares pœnē sūt,  
ignominiosa missio, grad⁹ delectio, militię mutatio, multa pecuniaria,  
castigatio p̄ vitę, purgatio militaris, cū similib⁹. Atq; i his oīb⁹ sic debet  
prudēs legislator ac iudex versari, vt neq; seueritatis neq; clemētię lau-  
dē affectet, sed ppēso iudicio, prout quęq; res expostulat, sententiā dicat.

DE IV.

d. 1. figs forrē.  
§. vlt. ff. de pœn.  
I. exilium. I. rele-  
gatorum. ff. de  
mēdicti; rōleg.

e. 1. quisquis. C.  
ad. I. iul. māest.

f. 1. z. & 3. ff. de  
se milit.

DE IVDICIIS PERTINENTIBVS AD  
MIXTV M IMPERIV M.

Orum quæ neq; sola iurisdictione, neq; mero imperio, sed ex utroque mixto explicitantur, triplex est imprimis ratio:  
 Quædā enim voluntariæ, spontaneæq; sunt iurisdictionis<sup>a</sup>, quædā contentioſe, quædā media. Ac spontaneæ quidē sunt ea, quæ sine vila necessitate suscipiuntur, cuiusmodi est cimacipatio, manumissio, adoptio, cum quibusdam alijs nō dissimilibus. Nam cùm donatio quantū ad ius antiquum, non tam ciuilis iuris quām prætorij sit<sup>b</sup>, puto & eam ad hunc locum nō immeritò referri posse: eaq; propter, vt latius dicetur idoneo loco, inter præatoria, in Pandectis, donationis tractū collocari. Contéuose iurisdictionis sunt, quæ redundunt etiam in inuitum, velut cùm De noui operis nūciatione, De damno infecto, De missione in bona, De possessione vel retinēda, vel adipiscenda vel recuperāda, Deq; exceptionibus & stipulationibus prætorijs interponēdis, disceptatur. Nam in his omnibus id agitur, quæadmodum cuiq; suū ius, cōtra aduersariū reddi ac cōseruari debeat. Mediā quandā naturā & cōditionē obtainent, tutoris datio, bonorū possessio, & restitutio integri, Nam subindē fit, vt sine cuiusquā reluctancee impetrarentur: subindē, vt non nisi cōtradictorio iudicio queant expediri. Sed est harū omniū & alia quædā, eaq; quadripartita diuisio:nā nōnulla sūt authore Cicerone, quæ ad iuris dicendi officiū pertinēt: Nonnulla, quæ ad latorū tectorū exigēdorū munus: Nonnulla, quæ ad neutrū: Nōnulla, quæ ad vtrūque, Primi generis est bonorū possessio, quæ exstātibus tabulis, vel secundū, vel contra tabulas datur. Non exstātibus, vel liberis, vel legitimis, vel decem personis, vel cognatis, vel ijs qui sunt ex familia, vel patrono, patronæ, vel viro & vxori, vel cognatis manumissoris confertur. Et Cicero quidem in tertia Verrina, proponens de ijs dicere, quæ ad iuris dicendi rationem, in Prætors pertinent, nihil aliud attingit, quam quod est de bonorum possessionibus, Alterius generis sunt, noui operis nūciatio, cautio de damno infecto, & de aqua pluuiā arcenda: quibus accedunt & ea, quæ ad publicanorum & vectigalium iura pertinent, & eorum, quæ in commissum cādunt. Nam quemadmodum in alijs priuatae, ita in illis, publicæ rei prōspicitur. Estque id prætorium maximè, vt decūmarum, exactiōnum, vectigalium, & aliarum similiū rerum, cura & ratio habeatur. Tertiū generis sunt Adoptio, Emancipatio, Manumissio, Donatio, cum quibus aliquo modo coniungi posunt, Tutoris datio, & In integrum restitutio. Nam quod querelas seruorum contra dominos subindē audīt, ne pristuantur, aut inediā patiantur, aut infamia iniuria afficiantur: quod curat, ne patroni à libertis contemnātur, nēue carnes in iusto pretio in foro præbeantur, & vt quies popularium in spectaculis & pompis conseruetur: non est dubium, quin ad hoc caput referri debeat. Ultimi generis sunt, missiones in bona, interdicta, exceptiones & stipulationes quæ dicuntur prætoriz: nam in his partim ius dicitur,

a. I. & ff. de off.  
procons.

b. I. interdictū.  
ff. de precar.

c. I. ff. de off.  
præf. vib.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

d. I.j. ff. ex. qb.  
 caus. in poss. eat.

partim, ut sua quisque sarcata tecta habeat, præcauetur. Sed sunt<sup>d</sup> tres ferè  
 causæ, ex quibus in possessionem mitti solet. Rei seruandæ causa, Item  
 legatorum seruandorum gratia, Et ventris nomine. Rei seruandæ causa,  
 vt cùm in bona eius, qui iudicio sistendi causa fideiulores dederit,  
 si neque potestatem sui faciat, neque defendatur, iri iubetur: quo casu  
 Prætor, non possessionem, sed custodiam rerum & obseruationem  
 concedit, in primo edicto<sup>e</sup>: sed si id longo tempore duret, etiā possidere,  
 & per longam possessionem capere, causa cognita, permittrit. Legato-  
 rum<sup>f</sup> seruandorum gratia, vt cùm is, cui legatorum vel fideicommis-  
 sorum nomine non cauetur, mittitur in possessionem: non quidem  
 vt pro domino esse incipiat, sed vt simul cum hærede custodiat, vt  
 saltē tædio perpetuæ custodiaz, extorqueat hæredi cautionem. Ven-  
 tris nomine<sup>g</sup>, vt cùm prægnans mulier, nomine eius qui in utero est, &  
 inter suos hæredes futurus erit, possessionem arripit. Planè damni infi-  
 eti nomine, si non caueatur, non vniuersorum nomine fit missio, sed  
 rei tantum, de qua damnum timetur<sup>h</sup>. Interdicta, sunt formæ quæ  
 dam atque conceptiones verborum, quibus Prætor aut iubet aliquid  
 fieri, aut prohibet: maximè, cùm de possessione aut quasi possessione  
 inter aliquos contenditur. Et sunt eorum verò, Alia prohibitoria, Alia  
 restitutoria, Alia exhibitoria. Item quædam adipiscendæ possessionis,  
 quædam retinendæ, quædam recuperandæ. Adhæc nonnulla simplicia,  
 nonnulla duplia: Præterea, subinde in praesens tempus relata, subin-  
 dè in præteritum. Item, alias ahnalia, Alias verò perpetua. Denique  
 nonnunquā hominū causa cōparata, nonnunquā religionis & rerū drui-  
 nistarum. Nam cùm agitur, vt ne quid in loco sacro fiat, vel quod fa-  
 ctum est, restituatur, item de mortuo inferendo, vel sepulchro adifi-  
 cando, totum negotium druni iuris est. Quæ hominum verò causa  
 competunt, vel sunt ad publicam utilitatem pertinentia, vel sui iuris  
 tuendi causa, vel officij, vel rei familiaris. Publicæ autem utilitatæ  
 causa competit interdictum, vt via publica ut liceat, & flumine pu-  
 blico, & ne quid fiat in via publica: Iuris sui tuendi causa, de liberis  
 exhibendis, item de liberto exhibendo: Officij causa, de homine li-  
 bero exhibendo. Reliqua verò interdicta, rei familiaris causa dantur,  
 vt Quorum bonorum, Quorum legatorum, De vi & vi armata, Ut  
 possidetis, De superficiebus. De itinere atque priuato. De aqua quo-  
 tidiana & cœtiua, De riuis; De fonte, De cloacis. Exceptio<sup>i</sup> dicta est  
 quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cuiusque rei solet, ad  
 excludendum id, quod in intentionem condemnationis deductum  
 est. Et sunt<sup>k</sup> exceptiones. Aut perpetuæ & peremptoriz. Aut tempo-  
 rales & dilatoriz. Perpetuæ atque peremptoriz sunt, quæ semper locum  
 habent, nec curari possunt, qualis est, doli mali, rei iudicatz, & si quid  
 cōtra leges senatuscœ fœlta factū esse dicitur, itē pacti cōueni perpertur,  
 id est, ne omnino pecunia petatur. Temporales atq; dilatoriz sunt, quæ  
 non semper locū habet, sed quæ curari possunt, qualis est pacti cōueni  
 temporalis, id est, ne forte intra quinquenniū agatur. Procuratoriq; quoq;  
 exceptiones, dilatoriq; sunt, quæ nō semper locū habet, sed interdū curari  
 possunt.

e. I.j. ff. de vēt.  
 in poss. mit.

f. I. is cui. ff. vt.  
 leg. vel fideicō-  
 miss. nom.

g. I.j. ff. de vēt.  
 in poss. mit.

h. I.j. ff. quib. ex.  
 caus. in poss. mit.

i. I.j. ff. de ex-  
 cept.

k. I. exceptiōes.  
 & de except.

I. Lactiones &  
de act. & oblig.

possunt. Ideo vero cum pretoriis numeratur exceptiones, quoniam comparatae sunt defendendorum reorum gratia in iudicio: sive enim accidat, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, iusta sit: tamen iniqua sit aduersus eum, cum quo agitur: quibus casibus datur a Prætore exceptio ad impugnandam actionem. Prætoriæ stipulationes sive obligationes instar actionum obtinet<sup>1</sup>. Et sunt earum tres species, iudiciales, cautionales, communes: iudiciales eas dicimus, quæ propter iudicium interponuntur, ut ratum fiat, iudicatum solui, & ex operis noui nunciatione. Cautionales autem sunt, quæ instar actionis habent, & ut fiat nouatio, intercedunt, ut de legato stipulatio, & de tutela, & ratam re haberi, & damni infecti. Communes sunt stipulationes, quæ sunt iudicio sistendi causa. Præterea stipulationum istarum quedam sunt, quæ satisfactionem exigunt: quedam, quæ nudam promissionem. Adhuc Prætoriæ stipulationes, aut rei restitutionem continent, aut incertam quantitatem. Restitutione rei, sive stipulatio ex operis noui nunciatione, qua caues tur, ut opus restituatur: ideoque sive actor sive reus decesserit pluribus hereditibus relictis, uno vincere vel victo, totum restitui debet. Quandiu enim aliquid superest, tandem non potest videri opus restitutum. Incertam quantitatem continet stipulatio, iudicatum solui, & rem ratam dominum habiturum, & damni infecti, & his similes. Verum de ciuilibus actionibus, criminalibus, et prætoriis, quæ ordineriæ dicuntur: partim, quia certis formulis & figuris concipiuntur in iudicio: partim, quia ordinarie, vel in iure, vel coram Prætore, vel ad populum tractatur: hec nunc dicta sufficiant.

## DE VARIIS ET EXTRAORDINARIIS ACTIONIBVS.



**I**n autem sunt nonnullæ actiones, quæ natura sui liberae sunt, & in formularum rationem & anxiatatem non cadunt, quæque extraordinarie vocantur. Idque sive loquaris de rebus ciuilibus & prætoriis, sive de criminalibus, sive de prætrutis, sive de publicis, sive de domesticis, sive militaribus, sive communib[us], sive fiscalibus. Quoniam enim canta est natura in pariendis, profundendisque rebus varicias & ubertas, tamen humani ingenij exilitas & angustia, ut omnia suis generibus describi & comprehendendi non possint: necessarium est, ut communis aliquis, &c., ut agrimenorum modo loquar, extractus locus relinquatur, in quo ea, quæ ad certum genus referri non possunt, reportantur. Sic enim obligationes omnes, vel ex contractu, vel ex delicto, vel ex varijs causarum figuris hasci dicimus. Sic in actionibus in personam, vel ad datandum, vel ad faciendum, vel alijs quibusdam modis agimus: Sic res nostras, vel testamento, vel codicillis, vel alia aliqua ultima voluntate refringimus. Sic agitorum, in quibus augurium agitur, Alius Romanus, Altius Gabinius, Alius peregrinus, Alius hosticus, Alius incertus, dicitur. Sed non est omnium eorum, quæ extraordinaria sunt, una & eadem ratio. Quedam enim quod p[ro] iij ad for

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

a. l. actio. ff. de  
neg. gest.

b. l. i. cōmodat.  
§. sicut. ff. com-  
mod.

c. l. cū filius fa.  
ff. sicut. pet.

d. l. i. a. j. l. na-  
turalis. l. solent.  
ff. de præs. verb.

e. l. vkt. ff. de  
crim. stell.

f. l. i. ff. de var.  
& extr. cog. l. i.  
ff. si meni. fals.  
mod.

g. tit. de proxe-  
net.

h. l. scio. ff. de in-  
tegr. rest.

i. l. si quis. ff. de  
lib. exhib.

ad formam agendi tantum extraordinaria sunt, non verò toto iudi-  
cio, id est, non ut nec ciuilia dicantur, nec præatoria, nec criminalia.  
Quædam agendi forma pariter, & toto iudicio. Quædam anticipi quo-  
dam, & inter ytrumque genus ambiguo modo. Primi ordinis sunt om-  
nes actiones utiles, quæ nomen <sup>a</sup> quidem directarum actionum &  
effectum obtinent, sed ab earū formulis in proponendo, quæ olim cer-  
ta ac descriptæ esse solent, non nihil recedunt. Quemadmodum & illæ,  
quæ contraria dicuntur, quæ competunt, quoties negotium non ab  
initio habet vltro citrò obligationem, sed ex postfacto <sup>b</sup>. Item honora-  
ræ, quæ à Prætore, & eo qui rebus iudicandis præsidet, introducuntur,  
& officio iudicis magis, quam cogente necessitate, administrari dicun-  
tur <sup>c</sup>. Denique illæ quoque, quæ nullum certum nomen contractus, sed  
evidētiæ tantum in se continent. Quorum nomine, vel de dolo, si do-  
lus argui possit: vel præscriptis verbis in factum: subinde ciuili, si res ne-  
gotij ciuilis habet speciem: subinde præatoria, si prætorij, sine villa obser-  
uatione formularum, agitur. Nam cùm deficiunt vulgaria atque usitata  
actionum nomina, Præscriptis verbis agendum est: in quam necesse est  
confugere, quoties contractus existunt, quorum appellations nullo  
iure ciuili proditæ sunt: natura enim rerum inductum est, ut plura sint  
negotia quam vocabula <sup>d</sup>. Sic etiam in criminibus, quoties deficiunt  
ordinaria nomina, & item certa extraordinaria, confugitur ad crimen  
stellionatus <sup>e</sup>. Secundi ordinis sunt, quorum nomine nec actio compe-  
tit, nec iudicium: sed auxilio quodam & beneficio, propter æquitatem,  
adiuantur. Ita dicimus, de aduocatorum, professorum, obstetricum,  
medicorum, agrimensorum salarijs, extra ordinem cognosci: quia sci-  
licet nobilior sit eorum opere, quam ut eis ratione, actio aliqua mer-  
cenaria tribui debeat <sup>f</sup>. Ex quo fit, ut philosophis ne extra ordinem qui-  
dem ius dici debeat, non quia non religiosa res est Philosophia: sed quia  
hoc primum profiteri philosophos oportet, mercenariam se operam  
spernere. Cui porrò consequens est, nec iuris quidem professoribus ius  
est dicendum: Est enim quidem res sanctissima ciuilis sapientia: sed que  
pretio numario non sit estimanda, nec de honestanda, dum in iudicio  
honor petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit: Quædam enim  
honestè accipiuntur, que in honeste tamē petuntur. Planè nonnulla sunt,  
quæ viliora sunt & exigua, quam ut in iudicio tractari & disceptari  
debeant. Nam quod proxenética, & hermeneutica, inter extraordi-  
naria & reponuntur, nulla alia causa, quam quia abiectiora sunt, est compa-  
ratum. Nam de minimis, vix est, vt ullam curam suscipere velit Præ-  
tor <sup>h</sup>. Tertiij ordinis sunt, quæ nec solennibus iudicijs, nec omnino extra  
ordinem tractantur. Nam cùm summatim & de plano, de alendo &  
exhibendo partu cognoscitur: nec ordinarium plenè, nec extraordi-  
narium iudicium dicitur institui, sed summarium <sup>i</sup>. Nunc sequitur, ut,  
quoniam de actionibus dictum & explicatum est, de ipso porrò iudi-  
cario processu explicetur.

DE PRO-

DE PROCESSV IVDICIORVM, ET PRI-  
MO DE PERSONIS PERTINENTIBVS  
AD IVDICIVM.



R I A sunt in vniuersum, quorum in iure ac iudicio rationē habere oportet. Primæ partes sunt personarum, quæ in iudicio versantur & consistunt. Postiores, rerū iudicialiū, quæ ad tractandam & peragendam lité requirūt. Ultimæ tandem, ipsius cursus & progressus, cuius certa quædam est & naturalis series. Prius est, vt de personis trāsigamus. Quarum, prēter prēcipuas & principales, sunt nonnullæ quoq; adminiculantes, de quibus post prēcipuas dicemus. Quantū ad priores attinet, quoniā omne iudiciū cōstituitur inter duos, litis & controuersiæ per tertiu aliquē dirimēdꝫ causa: tres sunt in totum personæ principales, ita vt nec plures per rerū naturā, nec pauciores esse possint. Ab una parte sunt actor & reus, qui litigant inter se, & cōtendūt. Ab altera, iudex, qui arbiter est & disceptator litis. Sed nō omnibus, qui volūt, agēdi & accusandi potestas cōceditur. Cuiiliter agēdi facultatem adimit zetas, vt si pupillus fortè vel impubes, vel qui adhuc in infantū numero est, agere velit. Mores, vt si prodigus, infamis, hēreticus, perius, apostata, diē alicui dicāt. Iudiciū animi, vt si amens quis, furiosus, demens, simplex veniat in ius. Status, ve- luti si seruus, filiusfamilias, statuliber, libertus, excōmunicatus, monachus agat, Accusare prohibētur<sup>a</sup>. Nonnulli propter sexū vel cōstatem, vt mulier vel pupillus: Alij propter magistratum potestatēmue, in qua agentes, sine fraude in ius vocare non possunt: Alij propter delictum proprium, vt infames: Alij propter turpem quæstum, vt qui duo iudicia aduersus duos reos subscripta habent, numeros ob accusandum vel non accusandum acceperunt: Alij propter conditionem suam, vt filij contra parentes, & liberti contra patronos: Alij propter suspicione calumniæ, vt illi qui falsum testimonium subornati dixerunt: Nonnulli propter paupertatem, vt sunt, qui minūs quam quinquaginta aureos habent. Hi tamen omnes, si suam iniuriam exequantur, mortēmue propinquorum defendant, ab accusatione non excluduntur. Planè licet cuilibet de populo libera sit potestas accusandi: tamen communis utilitatis gratia coparatum est, vt sit publicus aliquis accusator capitalium criminum, cui hoc ex necessitate incumbat<sup>b</sup>. Et solet olim certum genus esse accusatorum, qui quadruplatores & item sectores appellarentur, quibus subscriptores, adstipulatores, & actores aderant. Et erant quidem quadruplatores, delatores criminum publicorum, in qua re, quartam partem de proscriptorum bonis quos detulerant, consequebantur: vel vt alij malunt, accusatores eorum reorum, qui coniucti, quadrupli damnari soleant, vt alez, aut pecuniz grauioribus usuris sceneratæ: Sectores verò accusatores erant, qui ex damnatione accusati, dimidium bonorum exspectabant, aut certam aliquam partem. Et solet esse moris, authore Asconio Pediano, vt accusator

a. I. qui accusatur.  
re. si. de accusat.

b. I. Lector. q.  
idē respōdn. s.  
ad municip.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

accusator obsignaret domum , & clausa omnia eius , quem accusaturus erat haberet , ne qua furtoꝝ indicia , aut in vasis , aut in signis , aut in literis cōstituta , ab eo remoueretur . Et si fortè continget , vt plures ad accusandum parati accederent : contēdebatur inter eos , quis ex omnibus , cæteris anteferri & præponi deberet : quod quidem genus contentionis , diuinatio vocabatur . Rei nomen , à re de qua disceptatio est , deducitur , idque siue criminaliter , siue ciuiliter agatur . Sed qui criminis alicuius rei sunt , in fôrdibus & reatu , promissis capillis , agere dicuntur . Et est reum fieri , nihil aliud , quàm apud Prætorem legibus interrogari . Cùm enim in ius ventum esset , inquit Pedianus , dicebat accusator apud Prætorem reo : Aio te Siculos spoliasse : Si tacuisset , lis ei æstimabatur , vt vieto : Si negasset , petebatur à magistratu dies inquirendorum eius criminum , & instituebatur accusatio : Et contrà , eximi è reis dicebantur illi , quibus , non præsente ad diem accusatore , gratia fieret . Sed nō solet omnium reorum vna & eadem esse cōditio . Nonnulli enim è vinculis causam dicere coguntur , quorum scilicet fides suspectior , aut causa grauior est : nonnulli vadimonio obstringuntur , qui videlicet , prædijs præbûsue datis , dimittuntur ea lege , vt in diem certum , aut quandocunque iudicii visum fuerit , ad iudicium sistantur . Nonnulli denique suæ promissioni relinquuntur , vel ita in iudicium vocantur , vt voluntario exilio poenam & condænationem euitare possint . Etsi autem regulariter nemo sit , quin inter reos recipi & acculari possit : tamè reperiuntur nonnulli , quibus nec semper , nec ab omnibus , dica rectè scribi potest : nonnulli quibus penitus à nullo . Nec à quovis , nec semper reus fieri potest , miles , ecclesiasticus , professor , magistratus , episcopus , legatus , pupillus , vidua , morbo sôntico laborans , orphanus , infans , furiosus , respùblica quæ est sine capite , seruus , monachus . Accusare penitus non licet hios , legatum imperatoris ; id est , præsidem prouinciaz , ex sententia Lentuli dicta , Sylla & Tyrone consulibus : item legatum prouinciale , eius duntaxat criminis , quod antè commiserit quàm in legationem veniret : item magistratum populi Romani , eumùe qui reipublicæ causa absuerit , dum non retractandi leges causa abest . Hoc beneficio inter reos recepti vti possunt , si abolitione interueniente , repeti se non debere , contendant . Omnibus autem legibus serui rei sunt , excepta lege Iulia de vi priuata , quia ea lege damnati , partis tertię bonorum publicatione puniuntur , quæ poena in seruū nō cadit . Idēq; dicendū est in cæteris legibus , quibus pecuniaria poena irrogatur , vel etiam capitūs , quæ seruorum poenis non conuenit , sicuti relegatio : sed durior eis poena extra ordinem imminebit . Iudex , secundum Marcum , Varronem , appellatus est , quasi qui ius inter duos dicat , & certis quibusdam verbis , quid legibus conueniens sit , quid nō sit , pronunciet . Et quidem , is ex eo , iuris quoq; disceptator nominatur . Nam antiqui iudices , vt verbis utar Iustiniani , non aliter iudiciale calclum poterant accipere , nisi priùs sacramentum præstitissent , omnimodo sese cum veritate & legum obseruatione , iudicium esse disposituros . Et hodie iurant se facturos , secundum quod eis visum fuerit iustius & melius , exceptis defensoribus ciuitatum , qui iurant ,

c. 1. hos accusa-  
re. ff. de accusat.

d. 1. rē nō nouā  
cū Aut. seq. C.  
de Iud.

surant omnia secundū leges et iura se facturos. Planè, apud equestrēmē ordinem, an senatoriū, res iudicallis esset, magnas sē penumero contentionēs ciuiles Romē excitauit. Iam indē ab vrbe condita, in iudicijs dōminabantur patres. Apud eos causæ agebantur, & ijs soli aderant in consilio cōsulibus prætoribusq;. Reliquis autē ordinib⁹, nulla ad iudicādū facultas dabatur. Procedentibus deinde tēporibus, exstitit Sempronius Gracchus, qui primus infensus senatui, equestrē ordinē ab eo dilungere meditāt⁹, legē de iudicijs ad equites transferēdis, tulit. Cuius legis sensus erat, vt trecentis Senatoribus sexcēti equites admiscerētur. Ceterū anno decimo quinto post Gracchi mortē, Senatū in possessionē iudiciorū restiture, conatus est Quintus Seruilius Cæpio, qui hoc agebat, vt parib⁹ auspicij in iudicijs, senatores & equites versarentur. Quæ quidem lex, nunc Glaucia, nunc Plotia, nunc Cornelia, Aurelia, & Pompeia lege, variè iactata, tandem sub Iulio diētatore obtinuit: ita vt iudiciorū omnium potestas quidem esset apud prætorem, sed iudices tamen, vel perpetui, vel singularium causarum, tum ex senatu, tum ex ordine equestri, legerentur. Sed non omnibus licet esse iudices<sup>e</sup>. Quidam enim prohibentur lege: quidam moribus: quidam natura. Natura, vt surdus, mutus, & perpetuō furiosus, & impubes, quia iudicio carent? Lege, qui senatu motus est: Moribus, foeminae, & serui, non quia non habeant iudicium: sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur. Differunt autem iudices, varijs & multis inter se modis. Eorum, alij sunt qui arbitri dicuntur: Alij, qui proprio specialiōne nomine, iudices. Arbitri sunt, quibus amicabili quadam ratione, res inter partes definienda ac disceptanda mandatur. Nam bonorum virorum est (vt inquit Plato) ciues priūs & amicos ac familiares experiri, quam ad solennes & legitimas actiones p̄ueniatur. Unde pulchrè Se-neca in tertio de beneficijs. Hoc interesse dicit inter iudicē et arbitrum, quod ille formula includatur, & ad certos, quos non excedat, terminos reuocetur: huius verò, libera sit & nullis adstricta vinculis religio: ita ut detrahere aliquid possit & addere, & sententiam suam, non prout lex & iustitia suadet, sed prout humanitas & misericordia impellit; regere. Sed sunt arbitrorum duo genera<sup>f</sup>. Vnum, vt ad boni viri arbitratum redigi debeat, etiam si nominatim sit persona comprehēsa, cuius arbitratu fiat: veluti cū lege locationis comprehensum est, vt opus arbitrio locatoris fiat. Alterum, vt siue æquum sit, siue iniquum, parēre debeamus: quod obseruat, cū ex compromisso ad arbitrum itum est. Verum id fit duobus rursum modis: Alij enim arbitri dantur à iudice, quibus hoc committitur, & demandātur negotij, vt rem, si fieri possit, componant: vti fit in ijs ferè actionib⁹, quæ arbitriaz dicuntur, item in herciscundis familijs, communī dividendo, & aqua pluia arcēda cum similibus<sup>g</sup>, in qbus de incerta, vt inquit Cicero, pecunia agitur: Alij affluntur ab ipüs litigatoribus, & ijs ad quos res ea pertinet. Quod quidē vel sic simpliciter, nulla injecta pena cōpromisso: vel certa pena proposita ei, qui placitis nō steterit: vel interueniēte stipulatione: vel denique iurisiurandi religione. Prima specie siquidē sententiaz latē

q

vel sub-

e. I. cū prætor. ff.  
de iud.f. 1. Societatem.  
g. arbitrorū, ff.  
pro soc.g. 1. in iudicio.  
ff famili. herciso

# TOACH. HOPPERI PHRISII IC.

vel subscripterint: vel taciturnitate, assensum ei suum accommodauerint litigates, tam actio nascitur ab actoris parte, quam exceptio à parte rei.

Alias autem si neutrū factū est, neq; actionis, neq; exceptionis ullum ius exorietur<sup>h</sup>. Secundo casu, neq; prouocatio datur<sup>i</sup>, neq; rei iudicatae actio: sed solius pœnæ metu fit, ut arbitrio eius stetur, qui receptus est<sup>k</sup>. Tertiò, licet pœna non fuerit adiecta compromisso, si tamen simpliciter sententia stare quis promiserit, incerti aduersus eum actio cōpetit<sup>l</sup>. Quar-

**h. I. rū antea. C.  
de recept. arbit.  
i. I. j. C. de re-  
cept. arbit.  
k. I. diē proferre.  
l. vlt. ff. de arb.  
l. I. ne in arb.  
cū Auct. seq. C.  
de recept. arb.**

**m. I. j. §. tamet-  
si ff. de arb.**

tò deniq; et si prohibitū est hodie cum iuris iurādī solennitate arbitrum constituere: tamē solet esse receptū, ut omnimodo conseruaretur. Quātum ad ipsum arbitrum attinet, quanuis neminem prætor cogit arbitrium recipere, (quoniam hæc res libera & soluta est, & extra necessitatē iurisdictionis posita) attamē ubi semel quis in se receperit arbitrium, ad curam & solicitudinē suam hanc rem pertinere prætor putat<sup>m</sup>: non tantum quod studeat lites finiri, verum quoniā nō debeant decipi, qui eum qualū virum bonum, disceptatorem inter se elegerunt. Iorum iudicium duæ sunt in vniuersum descriptiones: Quarum prior est, secundum res subiectas, Posterior, secundum qualitatum diuersitates. Quantum ad res attinet, Alij sunt, quibus generaliter iuris dicundi officium incumbit: Alij, quibus specialiter circa rem certam. Primi generis sunt, princeps ipse, prætor tam peregrinus, quam vrbicus, Praeses prouincię, præfectus prætorio, procōsul, cū similibus: quibus tū animaduertendi in facinorosos homines, tum decreta interponendi, iudicandi que potestas est concessa. Eorum, qui secundi sunt ordinis, nonnulli sunt, quibus mērum imperium vel vniuersē, vel particulatim committitur, cuiusmodi est præfectus vrbis<sup>n</sup>, qui non solum ea crimina, quæ domi, verū etiam, quæ foris perpetrātur, vindicat. Præfectus vigilum, qui de incendiarijs, effractoribus, furibus, raptoribus, & receptatoribus cognoscit. Quæstor, cui criminum inquirendū negotium dari solet. Latrunculator<sup>p</sup>, qui de grallationibus et latrocinijs cognoscit. Nonnulli vero, quibus iurisdictione, vel in totū, vel pro parte permittitur. Cuius generis est prætor, qui à præceduo, in cōcipiēdis prætorijs stipulationib<sup>q</sup>, manumissionibus, adoptionibus, iudicijs, nomē traxisse dicitur. Iudex fideicōmissorū, cuius nulla alia de re, q̄ de fideicōmissis notio est<sup>r</sup>. Rationalis siue quæstor Cesaris, qui rerū ad principē pertinentiū curā solū gerit<sup>s</sup>: quibus addi potest, quod curialib<sup>t</sup>, cohortalibus, & similibus, sui sint positi et cōstituti iudices. Nonnulli deniq; quibus ea, quæ mixti sunt imperij, cōmittūtur: nā quod cōsules<sup>u</sup> manumittere volētibus cōsiliū prēbent, quod episcopi panis & aliarū rerū venalium curā gerunt, quod Aediles, vt ne vitiosa morbosāue vlla res vñeat, procurāt, nullā aliā Reipublicę partem, quam quæ mixti imperij sit, attingit. Ut interim illud præteream, quod quædam tantæ habentur dignationis, vt non ab alio, quam ipso principe, dijudicari possint<sup>v</sup>: quædam contrā, tam vilia, vt ad pedarios iudices, & eos, qui recuperatores disceptatores sūe dicuntur, reiijcantur<sup>w</sup>. Iam autem, pro diuersis iudicium qualitatibus, variæ sunt eorum differētiae. Primū alijs sunt, à quibus, tanquam à mino-ribus ad maiores, prouocatio est: quales sunt omnes inferiores, quorum

**n. I. j. ff. de off.  
præf. vrb.  
o. I. nā salutē. ff.  
de off. præf. vig.**

**p. I. solemus. §.  
j. ff. de iud.**

**q. I. quæstū. §.  
cum vir. ff. de le-  
gat. j.  
r. I. j. & tot. tit.  
ff. de off. procu-  
rat. cas & rat.  
s. I. j. ff. de off.  
consul. I. j. ff. de  
x̄dil. ed. I. mu-  
nerū. ff. de mun.  
& hon.**

**t. I. quoties. C.  
vbi senator.  
v. I. z. C. de ped.  
Iud.**

vtimi

Yltimi sunt qui pedanei dicuntur: Alij, à quib' nulla cadit appellatio, cuiusmodi sunt præfecti prætorio: credidit enim <sup>a</sup> princeps, eos, qui ob singularē industriam, explorata eorum fide & grauitate, ad huius officij magnitudinē adhiberetur, nō aliter iudicatores esse pro sapientia ac luce dignitatis sive, quā ipse foret iudicaturus: atq; hęc distinctio est secundū ordinis prærogatiā. Secundū dignitatē, Alij, sūt superillustres siue maximi, vt Imperator, Cōsul, Senator, Papa, Legati, Patriarchæ: Alij, illustres siue magni, vt p̄fectoris prætorio, Oriētis, Italī, Africā, Primates, Archiepiscopi: Alij, spectabiles siue medijs, vt Magistri militū, Pr̄ctores, Episcopi, Alij clarissimi, vt Pr̄esides, puinciarū, Archidiaconi, Archipr̄esbyteri: Alij deniq; infimi, vt defensores ciuitatū & municipiorū, pr̄esbyteri, et ecclesiariū rectores. Pro gradu diversitate nōnulli sunt, qui ordinarij dicuntur: nōnulli, qui legati: nōnulli qui delegati: nōnulli qui dati: nōnulli tandem, qui medijs siue cōmunes, Ordinarij sunt, qui iure magistratus, iuris dicēdi officiū & munus <sup>b</sup>sustinent, quales sunt pr̄esides, pr̄etores, pr̄efecti, proconsules, & alijs, quorū multe sunt & varie, tā secundum res quām secundū qualitates, differentiē. Legati sunt, qui ordinarijs quibusdā magistratibus adiunguntur, vt illis vicariā subindē pr̄esent operam: adeò quidem, vt & mandata iurisdictione, iudices dandi habeant potestatē: Nam proconsules, cū omnia non possint per se obire, solent custodiarū cognitionē mādarē legatis suis, scilicet vt pr̄eauditas custodias ad se remittāt, et vt innocentē ipse liberet: nam si quid est quoque quod maiorem animaduersionem exigat, remittere legatus ad proconsulē debet: utpote cum neque animaduertendi, neq; cōercendi, neque atrociter verberandi ius legatus habeat. Summi pontificis legati hodie, vel sunt laterani (vtar enim verbo Plautino) vt cardinales: vel certorum locorū, vt nōnulli de archiépiscopis: vel deniq; datiui, qui, alicuius negotijs obeundi gratia, in provinciā destinātur. Delegati iudices sunt, qui mādatā iurisdictionē obtinet: idq; siue à principe, siue ab alio quoque ordinario iudice, fuerit demandata: more enim maiorum comparatum est, vt is iurisdictionem mandare possit, qui eam suo iure, nō alieno beneficio, possidet: Quanuis tamen sint & subdelegati, quibus scilicet à delegatis causa disceptatio committitur. Dati sunt, qui ad yñā aliquam causam, vel definiendam, vel cognoscendam, à pr̄etore constituuntur: qui subindē cognitores, subindē simplici nomine iudices, subindē reūperatores, subindē disceptatores, subindē etiā pedanei, (quāquam eorū nomen ad alios quoq; pertinet, vt suprà dictum est) nominantur. Et ad eos pr̄cipue pertinet, quod dicitur, iurisdictionem esse iudicis dandi licentiā: soletq; pr̄etor alijs occupatus, non tā ipse quotidie iudicare, nisi res maioris fortè esset momenti ac pretij, quām iudices inter litigatores dare ac constituere. Et possunt quidem, vt inquit <sup>c</sup> Paulus, iudicem dare, quibus lege, vel constitutione, vel Senatu consulo conceperit. Lege, sicut proconsul: is quoque cui mandata est iurisdictione, iudicem dare potest, vt sunt legati proconsulum: item hi quibus id concessum est propter vim imperij, sicuti p̄fectoris urbi et orique Romæ magistratus. Non autem omnes iudices dari possunt ab his, qui iudices

q. ij dandi ius

a. I. vnit. C. de  
off. pr̄ef. pr̄etor.

b. I. more ma-  
iorum. ff. de lu-  
risd. omni. iud.

c. I. legatus. I.  
solent ff. de off.  
proconsul & legi-

d. I.i. & tot. tis.  
ff. de off. eius cui  
mādat. ē unisid.

e. I. more ma-  
iorum. ff. de lu-  
risd. omni. iud.

f. I. ff. de iurisd.  
omni. iud.

g. I. cū pr̄etor.  
ff. de iud.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

dandi ius habent. Quidā enim lege impediuntur, ne iudices sint, Quidā moribus, Quidā natura. Natura, vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes, quia iudicio carent. Lege, qui se hanc motus est. Moribus, foeminae & servi, nō quia nō habeat iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur. Medij<sup>h</sup> siue communes iudices sunt, quibus specialiter lege, vel senatus consulto, vel cōstitutione principum aliquid demandatur. Illi enim cūm nec ordinarij, nec legati, nec recuperatores, reuerā dici possunt, rectē medij siue communes, siue denique generali nomine extraordinarij appellantur. Illud valde quæsum  
*h. l. j. in princ. ff. de off. eius cui mand. est Iurisd.*

i. d.l.j. in si.

k. l. cognitio. ff. de off. eius cui mand. est Iur.

l. l. mādata, illo cit.

m. d. l. more maiorum.

n. l. j. in si. l. vlt. ff. de off. eius cui mādat est Iurisd. o. d.l. more ma.

p. l. pen. ff. de Iud.

q. l. j. ff. de off. aff.

Quidā enim lege impediuntur, ne iudices sint, Quidā moribus, Quidā natura. Natura, vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & impubes, quia iudicio carent. Lege, qui se hanc motus est. Moribus, foeminae & servi, nō quia nō habeat iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur. Medij<sup>h</sup> siue communes iudices sunt, quibus specialiter lege, vel senatus consulto, vel cōstitutione principum aliquid demandatur. Illi enim cūm nec ordinarij, nec legati, nec recuperatores, reuerā dici possunt, rectē medij siue communes, siue denique generali nomine extraordinarij appellantur. Illud valde quæsum  
*Verum est, imperium<sup>i</sup> merum, mandata iurisdictione, non transire: videlicet quoniam nunquam obuenit iure magistratus: sed vel lege, vel senatus consulto, vel per principem. Imperium mixtum, vt scilicet bonorum possessio detur, vt damni infecti nomine caueatur, vt in possessionem mittatur legatorum seruandorum nomine, vt de suspe-ctis tutoribus cognoscatur, mandari potest<sup>k</sup>. Ut autem mandata iurisdictione à præside, consilium exerceat is cui mandatur: vt à prætore mandata iurisdictione, ea quæstio transferatur, qua, vtrum causa, propter quam tutores vel curatores prædia pupilli vel adolescentis alienare volunt, idonea sit nécne, cognoscitur, mandari<sup>l</sup> non potest. Nam quemadmodum ea, quæ in mixto imperio, iurisdictioni sunt confinia, rectē transeunt: ita ea, quæ cum merito imperio cognata, transire non possunt. Planè iurisdiction<sup>m</sup>, quæ iure magistratus competit, sine controvrsia mandari potest. Et ideo imperium, quod iurisdictioni cohæret, id est modica coercitio, sine qua iurisdictione explicari non potest, simul etiam transire<sup>n</sup> solet. Quantum ad magistratus attinet, illis demum permisum est mandare iurisdictionem, qui eam suo iure, id est, sui magistratus beneficio obtinent<sup>o</sup>. Ceterum qui mandatam iurisdictionem habent, vt delegati: vel datam, vt recuperatores: vel extraordinariam, vt medij illi de quibus dictum est, non possunt: quia scilicet proprium nihil habent, sed eius, qui concessit, iurisdictione vtuntur. Si omnes iudicium differentias & qualitates in unum quasi conspectum positas, videre quis cupiat, est in manibus pulcherrimum Domitij P. Vlpiani, ex libro quinto oppositorum responsum: eius enim verba, hæc sunt: Qui neque iurisdictioni præest: neque à principe potestate aliqua præditus: neque ab eo, qui ius daturum iudicium habet, datus est: nec ex compromisso sumptus: vel ex aliqua lege confirmatus est, iudex esse nō potuit. Sed de tribus principaliibus iudiciorum personis, Actore, Reo, ac Iudice, haec tenus. Personæ adminiculantes (nā de ijs secundo loco dicere promisimus) vel sunt iudicis, vel litigatorū, vel ipsius fori et iudicij. Ad iudicē instruēdū pertinet, Assessor, Auditor, Iureconsultus. Officiū<sup>q</sup> assessoris fere cōstat, in cognitionib<sup>s</sup>, postulationib<sup>s</sup>, libellis, edictis, decretis, epistolis. Auditoris, in causæ cognitione accipienda, & ad iudicē referenda. Iureconsulti, in iure suggerēdo: quod quidē ius, nō unquā ab ipso principe pertinet, quo-*

tur; quoties de re ardua, eaq; valde intricata, nascitur quæstio. Litigatoribus, præter Subscriptores, Adstipulatores, Actores, & alios de quibus supra est expositum, ad sunt Procuratores, qui Pragmatici apud veteres vocari solebant, (nam procuratorum ad negotia alia est causa.) Item Aduocati, quos leguleios vocabat antiquitas: nam alioquin amici propriè solent appellari aduocati: Denique postulaores siue patroni, qui oratores apud patres nostros dicebantur. Et hoc est quod ait Asconius Pedianus, his ferè verbis: Qui defendit alterū in iudicio, Aut patronus dicitur, si orator est: Aut aduocatus, si aut ius suggerit, aut præsentiam suam commodat amico: Aut procurator, si negotium suscipit: Aut cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tetur, ut suam. Præter istas personas litigatorum, sunt præterea procuratores ad negotia, oeconomi, tutores, curatores, orphanotrophi, vicedomini, actores vniuersitatis, vicecomites, qui omnes ad hoc tenentur ratione muneris & officij: Item defensores, cognitores, coniunctæ personæ, excusatores, testes, qui solam affectionem præstant, vel ei qui agit, vel cum quo agitur. Procurator ad negotia est, qui ipsius rei & negotij, non verò litis & processus, in iure curam gerit. Oeconomus, cui ecclesiastica res mandatur. Tutor, qui pupillum suscepit tuendum, vel ex ultima voluntate, vel ex lege, vel iussu magistratus. Curator, qui adolescentis res & negotia administrat. Orphanotrophus, qui orphanorum & pupillorum exhibitionem suscepit. Vicedominus, qui rebus episcopalib; præst. Actor vniuersitatis siue syndicus, qui vel ad unam causam, vel in perpetuum præpositus est communibus negotijs alicuius collegij, corporis; vel vniuersitatis<sup>1</sup>. Vicecomes, cui dominus executionem iurisdictionis sua cōmittit. Defensor, qui absque ullo mandato, se vltro sua sponte ad defensionē alicuius offert. Cognitor, q; vel vt amicus, vel vt cognitionē habēs negotij, adfistit illi qui litigat. Solēt enī veteres magno amicorū numero stipati, causā dicere, cuius exstat memorabile exemplū apud Cæsarē, in primo cōmentario. Coniuncta persona est, quæ propter sanguinis propinqutatē, alieno nomine vel agit, vel defendit. Excusator, q; venit ut proponat causas absentiae alicuius, qui nec ipse per se, nec per aliū compater potest. Testes denique, qui antiquis superstites vocabantur, eō quodd rebus, quæ in iudicium deducerentur, superessent. Personæ ad ipsum forum & iudicium pertinentes sunt, tabelliones, executores, viatores, serui publici, apparitores, lictores, cōmentarienses. Tabellio est, qui publicum munus habet confiendorum instrumentorum, ad fidem faciendam. Executor, per quem lis ad effectum perducitur, & executioni demādatur. Viator, qui senatum in unum conuocat, tracto nomine ab eo, quodd senatores olim Romani ruri agentes, à viatoribus in urbem accererentur. Seruus publicus, qui ipsi iudicio adstat paratus, si forte quid opus est<sup>2</sup>. Apparitor, per quem preparatoria iudiciorum, ut in iure compareatur, expediuntur. Lictor, qui criminalibus iudicij adest. Commentariensis, qui carcere est præpositus. Quoniam verò satis dictum est de personis iudicialibus, videamus porto patris ac summam de rebus.

<sup>1.</sup> vid. ff. quod cuiusque vniu. nom.

<sup>2.</sup> vid. l. 1. ff. 16  
Pup. fal.

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE REBUS PERTINENTIBVS AD IVDI- CIVM, TVM HODIE TVM SECVN- DVM VETERES.



**R**es omnes vel sunt ordinarię, vel volūtarię. In ordinarijs, tā à iudicis quām à litigatiū parte, sunt loca, tempora, spor-  
tulae, dilationes, citationes, cautiones, iuramēta, editiones,  
imperations, postulationes, probationes, exceptiones,  
recusationes, positiones, interlocutiones, appellations. In volūtarię, sūt  
pacta, transactiones, cū quibus cohērent, quā sepe incurunt, calum-  
niz: restitutions in integrum: cessiones: alienationes, mutandi iudicij  
causa. Sed tractemus breuiter de singulis. Loci differētia facit, vt alia di-  
cātur ordinaria, alia extraordinaria. Ordinaria expediuntur pro tribu-  
nali, vel alijs locis, vbi prætor, salua maiestate imperij sui, saluoq; more  
maiorum, ius dicere potest <sup>a</sup>. Extraordinaria, cognoscuntur obiter &  
de plano, sine vlla figura & strepitu <sup>b</sup> iudicij. Nam quā nō sunt conten-  
tiose iurisdictionis, sed voluntarię, qualis est manumissio: quo quis loco,  
imo etiā in trāsitu, veluti cūm prætor aut præses in balneum vel theatru  
procedit, rectè exercentur. Temporum rat̄o efficit, vt dies vtiles ab in-  
utilibus & feriatis distinguantur. Nam mensium vindemiarumq; tem-  
pore, exempli gratia, aduersarium ad iudicium venire, nemo cogere po-  
test: quia scilicet occupati homines circa rē rusticā, in forum venire cō-  
pellēdi nō sunt. Sportulæ, sunt pecuniae, quā pro iudicio, viatoribus nu-  
merantur: sic dictæ à sportulis, quibus recipi solēt: quēadmodum fiscus,  
ærariū principis, à fiscellis. Dilationes, sunt induciæ siue prorogationes  
temporis, ad dādum aliquid, vel faciēdum cōcessæ, vel à lege, vel à iudice,  
vel à parte aduersa. A lege, veluti dilatio triginta dierū, qui iusti dicun-  
tur, & aeris cōfessis dari solent. A iudice, veluti cūm secundum eius ar-  
bitrium, aliquid temporis, vel huic, vel illi irrogatur. A parte, veluti cū  
vel in iudicio, vel extra iudicium sic conuenit. Citationes, sunt voca-  
tiones in ius, cūm videlicet, vel iuris experiundi, de quo paulò post: vel  
alicuius expediēdi causa, q̄s vocatur. Et quidē per legitimas citationes,  
peruenitur ad peremptorium edictum, hoc ordine <sup>c</sup>: vt primò quis pe-  
rat, post absentiā aduersarij, edictum primum: mox alterum per  
intervallo nō minūs decē diegum: & tertium, quibus propositis, tunc per-  
emptoriū impetrat, quod, inde hoc nō sumpsit, quod perimeret dis-  
ceptionē, hoc est, vltrā nō pateretur aduersarium tergiuersari. Caution-  
nis verbū generale est: porrigitur enī ad omnē securitatē, quā quis pra-  
stat in iudicio per satisfactionē, quę nihil est aliud, q̄ adimplatio deside-  
rij eius, q̄ nobiscū litigat, vt eū securū faciamus, vel prēdijs & prēdibus  
(vt antiquo more loquar) id est, pignoribus & spōsoribus siue vadib⁹  
datis, vel iuramēto prēstito, vel nuda promissione. Idq; siue queratur de  
iudicio sūstēdo, siue de iudicato soluēdo, siue de alijs cōsimilibus pra-  
stationibus, tam à parte aetoris & rei, quām eorum, quā illorum nomi-  
ne vel agunt vel defendunt. Nam est & quoddam genus actionis, quod  
ex sponso dicitur: quod quidem fiebat, interposita stipulatione certe  
pecunia,

a. Lvt. ff. de iu-  
stit. & iur.  
b. I. nec quicq;  
de plano . ff. de  
off. p̄cōl. & leg.

c. I. ad perem-  
ptoriū cū seq. ff.  
de Iud.

pecunia, quā perderet is, qui spōsione corā iudice vinceretur. Cuius qdē iudicij & Homerus ipse meminit: ex quo cōstat, antiquissimum esse, & apud veteres Grēcos nō minūs, q̄ Romanos usurpatū. Iusurandū nihil est aliud, q̄ affirmatio religiosa, introductū litiū expediendarū causa: & est vel voluntarium, vel iudiciale, vel necessariū. Voluntariū, quod pars parti extra iudiciū defert. Iudiciale, quod pars parti in iudicio. Necessariū, quod iudex parti propter legitimę probationis penuriā imponit. Et qdē initio litis solet iuramētū p̄stari, quod calūnię dicitur: quo iuratur à partib⁹, se nō vexādi aduersarij, sed ipsius veritatis defendēdæ causa, in iudicio experiri. Atq; est qdē vetustissimū quoddā actionis genus, quo iusto sacramēto, inter se cōtendere partes dicebātur. Nā is qui petebat, inqt Varro, & qui inficiebatur de alijs rebus, vtricq; quingentos ēris, ad pōtē deponebāt: de alijs itē reb⁹, certū aliū legitimū numerū assūm. Qui iudicio vicerat suū sacramentū à sacro, id est, ponte auferebat, victi, ad ērarium redibant. Edere, est copiā eius, quod exhibendū est, facere: vt cūm ante ingressum litis, rationes aduersario nostro, vel alia instrumēta edimus, vt videlicet apud se deliberare possit, vtrū cedere velit, an contendere. Et hūt ferme editiones sine die & consule, ne quid fortè, ijs editis, fraudis excogitetur. Nam quōd rationes cū die & cōsule edi debent, indē contingit, quōd accepta & data non aliter possunt apparere, nisi dies & consul fuerit editus. Impetrations actionum dīiebant olim à collegio pontificum, penes quos potestas erat, vel concedendæ vel abnuendæ actionis: ne videlicet quis ad litigandum temere prosiliret. Et quoties quidem potestate experiundi concedebant, pr̄scribēbant simul & formulas quasdam, quibus actio cōtineretur, & secundum quas iudiciū agitaretur; quæ quidē ratio litigandi propter captiones e, hodie sublata eit. Planè quod aliarum quarundā rerum, quæ in iudicio occurrere possunt, hūt impetrations: & hodie frequētatur, & obtinet in ijs, quōd dicitur: Quod qsq; iuris in aliū statuerit, vel obtinuerit, ipse eodē iure vtatur. Quod quidē edictū, summā habet cōquitatē, cū nemo meritō possit aspernari, idē ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit. Postulare, est desideriū suū, vel amici sui, in iure, apud eū qui iurisdictioni p̄cessit, exponere, vel alterius desiderio cōtradicere. Et sunt tres ordines eorū, qui postulare non possunt. Quidam in totum prohibentur: quidā pro se permittuntur, sed nō pro alijs: quidā pro se & pro certis dūtaxat p̄sonis, nō pro oībus, de qbus nō est opus hic latiū exponere. Probatio nihil est aliud, q̄ rei dubiē per argumēta demōstratio, incubēs semp ei, qui ait, nō qui negat. Diuiditur verō, in plenā siue pfectā, et minūs plenā, siue imperfectā. Plena fit, per testes fide dignos, ad minūs duos: Itē p̄ eius cū quo agitur, confessionem, quę ipsius rei iudicatē instar obtinet. Item per legitima instrumēta, tū publica, tū priuata. Nā in exercēdis litibus, eadē vis est instrumētorū & testiū. Prēterea, per ipsius rei eidētiā, cūm videlicet vulgō notū et manifestariū est id, quo de q̄ritur: Adhēc, p̄ pr̄sūptionē, famā, iusurandū, antiqua signa, sigilla, cōmunē opinionē, tornēta, subtiles interrogations et alijs quibusdā modis: quę accuratē qdē describi nō possūt, sed religioni plerūq; et prudētię iudicis cōmittūtur.

Imperfē-

d. I. 2. ff. de orig.  
Iur.

e. I. vnic. C. de  
formul. & iur.  
pet. subl.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

imperfecta probatio , plerunque solet ex attestatione vnius, & colloca-  
tione literarum , exq; fuga rei cōuenti, & signis aliquot oriri. Exceptio  
dicta est, quasi quædam exclusio , quæ interponi solet actioni cuiusque  
rei, ad excludendum id , quod in intentionem condemnationemq; de-  
ductum est . Sed est earum , Alia dilatoria, Alia declinatoria, Alia per-  
emptoria. Dilatoria, quæ cōtra personam actoris, vel procuratoris eius,  
proponitur. Declinatoria, per quā iudex repudiatur. Peremptoria, quæ  
rem ipsam & intentionem omnem perimit . Positio, qua nunc vtimur,  
est breuis quædam verborum formula, mentem proponentis continēs,  
ad veritatem eliciendam , & eum qui ponit , ab onere probandi alleui-  
andum , proposita. Nam quæ sua spōte confitetur reus, ea nihil est opus,  
vt vel testibus amplius , vel instrumentis adstruantur . Interlocutio, est  
rei alicuius incidētis, antequam ad ipsam cāusam perueniatur, definitio.  
Et differt quidem hactenus à decreto, vt interlocutio magis ad iurisdi-  
ctionem, decretum verò ad imperium referatur <sup>f</sup>. Appellatio, est à mi-  
nori iudice ad superiorem prouocatio, excogitata, ad errorem iudican-  
tium corrigendum , & ad veritatem & rem bene iudicatam cōfirman-  
dam . Pactum , est duorum pluriūmue in idem placitum & consensu,  
dictum à pactione, vnde & pacis nomen appellatum est . Transactio, est  
quasi de re dubia , & lite incerta , neque finita , aliquo dato & retento,  
conuentio . Nam qui paciscitur non petere, donationis causa , rem cer-  
tam & indubitatā, liberalitate remittit. Transactio, non est natura sui li-  
beralis. Restitutio integri, est omīllæ causæ, rescissio eo per quod lēsi si-  
mus, in antiquum statum redintegratio ac repositio . Et irrogatur qui-  
dem ijs qui in captionem inciderunt, vel metu, vel calliditate, vel extate,  
vel absentia, vel per status mutationem , vel deniq; per iustum errorem.  
Cessio est, cùm quis actiones sibi competentes mandat alij : quæ qui-  
dem res , secundum Anastasij constitutionem <sup>g</sup> sua spōte suspecta est,  
& improbata . In omni autem cessione , directa actio manet apud ce-  
dentem, licet vtilis ad eum , in quem fit cessio , transferatur. Alienatio  
iudicij mutandi causa tunc fieri dicitur, cùm quis alienando rem, alium  
nobis aduersarium, suo loco, data opera, & in fraudem nostram, substi-  
tituit. Nam tanti nobis in factum actione tenentur, quanti nostra intersit,  
alium nos aduersarium nō habuisse . Itaq; si alterius prouincię hominē,  
aut potentiorem nobis aduersarium opposuerit, tenebitur , quoniā po-  
tentioribus parés esse non possumus.

## DE PROCESSV IUDICII CIVILIS.



V N C reliquum est , vt de ipso processu judiciali paucula  
quædam referamus: solet enim apud veteres Romanos, non  
certus aliquis & descriptus , sed incertus & liber eius esse  
cursus: idque cùm prætores, non ex perpetuis edictis, sed ex  
annalibus, & pro cuiusque voluntate ac iudicio constitutis, in iure ver-  
sarentur. Sed cùm ea res non boni plerunque exempli videretur, exsti-  
tit Cornelius , vt inquit Asconius , qui etiā non aperte repugnantibus,  
multis

## DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS. 61

multis tamen inuitis, legē ferret, ut prētores ex perpetuis suis edictis ius dicerent: quę res, gratiā ambitiosis prētoribus, qui varie ius dicere solebāt, sustulit. Solet autē alia atq; alia esse ratio ciuiiliū causarū, Alia crimi-naliū, Alia prētoriarū et extraordinariarū, de qbus singulis expediēdū. Ciuilis iudicij, duæ sunt in totum partes: Litis cōtestatio<sup>a</sup>, quantū ad litigantes: & sententia, quantū ad ipsum iudicem, pertinet. Quę prēterea sunt in iudicijs alia, vel sunt præparatoria siue priora, vel posteriora, vel media, de quibus etiam videbimus, si de principib⁹ duabus partibus prius explicuerimus. Litis ergo contestatio, quomodo his nostris temporibus fieri debeat, satis disertè relatum est ex Iustiniano<sup>b</sup> his fermè verbis. Offeratur ei, qui vocatur ad iudicium, libellus, & exindè præbitis sportulis, data fideiūssione, viginti dierū gaudeat inducij⁹, quibus deliberet, cedātne an contendat, atq; iudicin⁹ alium adsociari petat, an recusat eum: nisi sit is, quem ipse alio recusato, iam petierit. Denique, pr̄sens interrogetur, an hoc tēpus litis transferit, quod non mox ex ipsius responsione, sed etiam libelli subscriptione manifestatur, quam in initio facere debet. Litis ergo contestatio contra hoc priuilegium habita, pro nihilo ducenda est. Planè apud antiquos, triplex fermè reperitur ratio, qua in litem veteres consentire, ac communi consensu descendere solebant. Subindè enim sponsione facta, subindè sacramēto deposito, subindè nuda testatione habita, iudicem sibi vel disceptatorem eligebant. In sponsionibus & sacramentis siebant pignorum & pecuniarum depositiones, quę partim victori, partim ipsi iudici & æario applicarentur. De his scribit ad hunc modum Homerus, in scuto Achillis.

Ανοίδε τις ἀγοῦ θεαρ ἀγρίοις ἵται δὲ νήσοις  
ἀράρησθε δέ ἄνδρες ἵνα ποιεῖται ποιεῖται.  
ἄνθροις ἀπορθεῖνται μηδέ τοχεῖτο πάστονται.  
δίκαιοι πειρασμούρι δέ ἀναντεῖται μαζηγιλίσται.  
δικαιοὶ δέ ποτε τοιοὶ οὐτοις πειρασμούρι δέ ἀργοῖς  
κέρυκες δέ ἀραλαδύρι τρέπονται δέ γίρονται.  
τιτανοὶ τινίστοισι λίθοις τερπόνται κόκλαι.  
οκεανοῖς δὲ καρύκαιροι ἡρώες ἱχονεύονται,  
τοῖσιντοις δισεορέαμοισι διδίκαιοι.  
κατέτοιχοι τοιοὶ μέσοισι δύο χρυσοῦδε τάλαντα.  
τῷ δόμειρ ὃς μετὰ τοῖσιν δίκαιος οἰνοτάταις θεῖται.

a. I. amplius ff.  
rē rat. hab. inn-  
cta. I. iudex . ff.  
de te iud.

b. Aut̄ offer-  
tur C. de lit. cō-  
test.

Quę per testationem siebat, nullis intercedentibus pecunijs, sed testibus tantum ad hoc conuocatis & rogatis, constituebatur, vndē contestationis nomen ab initio collatum fuisse proculdubio est. Et quidem quantum ad nostrorum temporū vsum attinet, non est in obscuro, nostram hodie cōtestationē, ex illis apud antiquos tribus modis & rationibus coaluisse. Nam in sacramēti locum, succedit iuramentum quod calumniz vocamus. In sponsionis, ipsa nominatim conuentio, quę contractus instar obtinet<sup>c</sup>. In depositionis tandem hoc, quod vicitus vi-ctori condemnatur in expensas. Festus pompeius contestari dicit esse, cūm vterque reus dicit, testes estote. Et contestari litem, cūm duo aut plures aduersarij, ordinato iudicio dicunt, testes estote. In senten-

c. I., g. i. de gen-  
bit. ff. de petib.

x                    tijs pro-

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

tis proferendis veterū mos erat, vt missis iudicibus in cōsiliū ad senten-  
 tiā dicendā, quādo scilicet allegatis argumētis omnibus, orator dixisset,  
 dixi: vt inquā vnusquisq; iudicū, ceratā tabellā, cera legitima haberet, &  
 siqdē maiores essent causæ, vniuersi iudices, in cistā tabulas, easq; inscul-  
 ptas literas habētes, vel absolutionis, vel cōdēnationis, vel ampliationis  
 simul cōijcerent: si verò leuiores essent causæ, vt singuli suā sententiā de  
 tabula pronuntiarēt. Nam si absoluendus esset reus, moris erat vt statim  
 absoluaretur: Si dānandus, statim damnaretur: Si causa nō est idonea ad  
 dānationē, absolu tamē nō posset, vt amplius nuntiaretur. Et est quidē „  
 absoluere (quēadmodū refert Asconius) quod per qualitatē licitū esse „  
 mōstratur: cui simile est, expedire, quod definitiōe soluatur: et trāsigere, „  
 quod quidē est, quod aut cōfiteri non timeat, aut negationē concludat. „  
 Condēnare, est poenā pro delicto imponere. Nam diuidere sententiā est, „  
 cū aliquis in dicēda sententia, duas plurēsue partes cōplectitur, et si non „  
 omnes ex exhibētur, postulat vt diuidantur, id est de singulis referatur. „  
 Ampliare, est sententiā differre, aut quia res nondū satis liquet, aut quia „  
 eorā sistēdi testes sunt, et cū illis cōmittēdi, aut quia de crimine ipso vel „  
 de pœnē modo, deliberaretur. Et nō abest lōgē ab ampliatione, cōperē „  
 dinatio, nisi quōd ampliatio sit in incertā: cōperēdinatio in certā aliquā „  
 diē, iudicij prorogatio. Quoniā tamē ea rās satis obscura est & inuoluta, „  
 subijciam de ampliationis & cōperēdinationis differētia, verba ipsius „  
 Asconij Pediani, quæ quia præter id quod propositum est, insuper alia „  
 quædā, non abhorrentia ab hoc proposito, continent: non est alienum, „  
 vt à nobis hoc loco recitentur. Ante legem Glauciam (inquit) de com- „  
 perēdinatione aut statim sequentia dicebātur, si absoluēdus esset reus: „  
 aut amplius pronunciabatur, si videretur esse dānandus, cūm dixisset, „  
 ius non liquet, id est, obscura causa est. Itaque ea pars, interposita dila- „  
 tione, dicebat, in cuius peroratione videbatur obscuritas. Comperē- „  
 dinatio verò, vtriusque partis recitatio est. Alij sic adnotant: Com- „  
 perēdinatio, est secunda actio, Item comperēdinatio, est ab vtrisque „  
 litigatoriis inuicem sibi denunciatio, in perēdinium diem. Nanque „  
 cūm in rem aliquam agerent litigatores, & poena se sacramenti pete- „  
 rent, poscebat iudicem, qui dabatur post trigesimum diem: quo da- „  
 to, deindē inter se comperēdinium diem, vt ad iudicium venirent, „  
 denunciabant, quōd cūm esset ventum, antequam causa ageretur, quasi „  
 per iudicem rem exponebant, quod ipsum dicebatur causæ coniectio, „  
 quasi causæ suæ in breue coactio. Alij sic: inter comperēdinationem „  
 & ampliationem hoc interest, quōd comperēdinatio ex vna tantū „  
 repetitur, cūm ante iudex non intelligeret. Et omnino si suadebatur „  
 iudici bona causa, absolvebat eum: si mala, non statim dānabat, sed „  
 hac excusatione parcebatur: nam cūm condemnandi nota esset Θ: litera „  
 absoluendi A: Ampliandi signum N L, quod significat non liquere: „  
 indē ampliatio naſcebatur. Hæc ergo veterum in ferendis sententijs  
 ratio. Quid autem hodie obseruandum sit, satis eleganter ac bre-  
 uiter explicat Imperator <sup>d</sup> in hæc verba. Hac lege perpetua credi-  
 mus ordinandum, vt iudices, quos cognoscendi & pronunciandi  
 necessitas

d. 1.2.C. de sen-  
 tent. ex breuic.  
 recit.

necessitas tenet, nō subitas, sed deliberatione habita post negotium, sententias ponderatas, sibi antē forment, & emendatas, statim in libellum secuta fidelitate, conferant: scriptasq; ex libello partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi, vel mutandi, exceptis tam viris eminentissimis praefectis prætorio, quām alijs illustrem administrationem gerentibus, ceterisque illustribus iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officiū suū, & eos qui ministerium suum ijs accōmodant, sententias definitiūas recitare. Sed hæc de duabus præcipuis partibus iudiciorum, litis contestatione scilicet & sententia. Iam ea quæ vocauimus priora, siue ~~in~~ citatione siue in vocatione in ius potissimum cōsistunt. Eius hodie ratio simplex est & plana, vt quæ vel per ipsum iudicem, vel per alteram partem litigantium, vel per viatorem aliquē, tum literis scriptis, tum viua voce expediatur. Sed si est, vt primo edicto citatus non veniat, comparatum est, vt alio secundo, quod monitorium dicitur, euocetur: quod quidē iterum si spernat, subiicitur tertium, quod peremptorium nominant, in quo cōminatur is qui edictum edit, etiam absēte diuersa parte, cognituru se ac pronūciaturū. Apud veteres duplex est via prodita, qua in ius à litigatoribus veniri solet. Subinde cōueniebat inter partes de die, quo vel ad prætorem, aut iudicium, in actionibus in personam, & comperendinationibus: vel in rem præsentem, in vindicationibus veniretur. Exstatq; ad eam rem lex duodecim tabularum:

**S I S T A T U S D I E S S I T C V M H O S T E , V E N I T O .** Subinde verò, & quidem ut plurimum, deducebat aduersarium suum in ius actor ipse, sed id siebat duobus fermè modis. Si enim vilis esset & humilis ac sordidè cōditionis ille, cū quo res esset, rapiebatur obtorto collo, si se sponte duci non pateretur, idque nulla facta antestatione. Sic enim responderet apud Plautum in Persa, Saturio parasitus Dorpalon: Tuāne ego causa carnifex, cuiquā mortali liberō, aures atteram, qui hīc cōmercaris ciues homines liberos? quasi verò eos qui intestabiles sunt, non oporteat antestari, id est, vocatis testibus, & auricula tacta, hoc memoria tenere iussis, in ius ducere. Si verò cū alio aliquo res esset, qui nec improbus nec intestabilis haberetur, is si reluctaretur, manu prehensus ducebatur: sin minùs, sequi actorem suum ad forum iubebatur, facta tamen priùs antestatione, si eam fortè reus peteret. Nam si antestatus reus nō esset, & manū ei actor inieciisset inuitio, iniurię reus cōstitui poterat. Et ideo priusquā cū abduceret, rogarbat cū actor, ecquid antestari vellet, (Sic enim verbum licet apud Plautum & Horatium interpretamur) & siquidem responderet velle se, antestatione facta, ducebatur, vel sequi cogebatur. Si verò nihil opus esse diceret, sponte sua in ius ambulabat. Si denique penitus recusaret, etiam inuitus rapiebatur, nisi fortè vel prædem locupletē siue vadem ac sponsorem daret<sup>f</sup>, vel legibus solutus priuilegiūe munitus esset. Nam apud Caium libro I. ad edictum prætoris urbani, existat etiamnum hodie titulus: **D B S I I S, Q V I N E Q V I S S E Q V A N T V R, N E Q V B D V C A N T V R.** Ethoc quidem priuilegio vti videtur miles ille apud Plautum in Curculione, qui in ius vocatus & an antestari velit interrogatus, respondet nolle se, nec in ius

e. 1 in perepto.  
rio. si. de iud.

f. est. tit. s. in  
ius . vocat . vt  
eant . vel fac.  
aut caue. d.  
g. 1. solutum. s.  
de verb. sig.

r ii ambulare,

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

ambulare, nec antestationem villam admittere. Sic igitur fit præparatio iudicij, antequam ad litis contestationem perueniatur. Cui præterea accidit editio instrumentorum, impetratio formularum, exhibitio actionis, qua quis experiri velit, cum nonnullis alijs. Lite contestata, priusquam iudex pronuntiet: partim hoc agunt litigatores, quemadmodum suum quisq; ius disceptatori, adductis prudentum consultis et decretis, comprobet: partim, vt ea quæ in facto versantur, tum legitimorum instrumentorum, tum verò testium fide ac constantia, conuincat. Nam in his eleuandis subleuandisque, magna pars eorum, quæ media sunt, ac inter litis contestationem ac sententiam interiecta, ponitur. Et solēt olim vt inquit Asconius, iurati testes produci, et non solum ne falsa diceret, verū etiam, ne, quæ vera essent, tacerent, adigi. Præterea dum diceret accusans orator, & pariter postea dum responderet defendens, testes à prætore qui prius examinati erant, suo iterum loco, singuli à prætore interrogabātur: qui palam & alta voce, vt à cunctis exaudirentur, suum aperiebant confirmabantque testimonium, quod quidem paulò secūs hodie obseruatur. Cæterū, quod olim antequam sententia ferretur, laudatores pariter & supplicatores pro reis audirentur, non minùs hodierno die quam tum temporis, frequentatur. Post sententiam latam, nisi fortè prouocatio interueniat, quæ quidem omnia integra seruat & illæsa, sequitur executio rei iudicatæ aduersus eum, qui ius dicenti non obtemperat. Is, si factum debet, pignoribus captis coercetur, quemadmodū tutores & curatores<sup>h</sup>, qui non cauent: mulieres, quæ partu edito, in iudicium de agnoscendis liberis vocatæ, non comparent. Si verò certam & definitam aliquam rem & speciem reus debeat, siquidem rem habeat manu militari, officio iudicis ab eo possessio transfertur<sup>i</sup>, & fructuum duntaxat omnisque causæ nomine condemnatio fit. Si verò non potest restituere, & dolo fecit quod minùs possit: in quantum aduersarius, in litem, sine villa taxatione, in infinitum iurauerit, damnandus est. Si verò neq; potest restituere, nec dolo fecit quod minùs possit, non pluris quam res est, id est, quanti aduersarij interfuit, condemnandus est. Si id quod in obligatione versatur, genus est, primum possidentur et distrahabuntur pignora: deinde ijs non sufficientibus, peruenitur ad ipsius personæ addictionē. Ac in vēditione quidē (vt inquit <sup>k</sup>Vlpianus) pignorū captorū facienda, primò quidē res mobiles & animalia capi pignori iubentur, mox distrahi: quarū pretium si suffecerit, bene est: si nō suffecerit, etiā soli pignora capi iubentur & distrahi: quod si nulla muetia sint, à pignorib<sup>l</sup> soli initiu faciūt. Sic deniq; inter iudices interloq; solent, si mouentia nō sint, vt soli quoque capiantur: Nam à pignoribus soli, initiu faciēdū nō est, Quod si nec ea, quæ soli sint, sufficiat, vel nulla sint pignora soli, tūc peruenietur etiā ad iura. Exsequuntur itaq; rē iudicata præsides isto modo: Si pignora quæ capta sūt, emptorē nō inueniāt, rescriptū est ab imperatore nostro & Diuo patre eius, vt addicātur ipsi, cui quisquis cōdēnatū est. Et addicūtur vtq; ea quātitate, quæ debentur. Nam si creditor maluerit pignora in creditum possidere, hisq; esse contentus: rescriptū est, nō posse cū, quod amplius sibi debetur, petere: quia velut padō

*h. §. pen. last.  
de fatisd. tut.*

*i. 1. qui restitu-  
reſſ de rei vēd.*

*k. 1. à Diuo. §.  
in vendit. ff. de  
re Iud.*

velut pacto trāsegisse de cetero videtur, qui cōtētus fuit pignora possidere: nec posse eū in quātitatē certā pignora tenere , & superfluū petere: Immò sic quoque iudices exsequentur iudicatū, vt nomina iure pignoris capiant, si nihil aliud sit, quod capi possit, hæc Vlpianus. In addicendis personis debtorū , huiusmodi apud veteres prodita lex est . A Eris confesi, rebusque iure iudicatis , triginta dies iusti sunt, pōst deinde manus iniectio esto. In ius ducito, ni iudicatum facit, aut qui pseuso eq̄ in iure vim dicit, secum ducito , vincito , aut neruo aut compedibus quindecim pondo, ne minore, aut si volet, maiore vincito: si volet , suo viuito: ni suo viuit, qui eum vincitum habebit, libras farris in dies dato; si volet, plus dato. Tertijs nundinis, partes secanto: si plus minūsue secuerint, sine fraude esto. Sed hæc quidem lex, quoniam durior & inhuanior est visa, mitigata est. nō nihil à posterioribus legumlatoribus : nam æris alieni causa hodie nemo potest in<sup>1</sup> seruitutem rapi , licet in neruum coniūci debitor, & donec satisfaciat, retineri lege possit.

I. 1. ob 23. C. de act. & obligat.

### DE PROCESSV CRIMINA- LIVM IVDICIORVM.



E capitalibus olim causis, non solet nisi centuriatis comitiis queri: quibus liberum erat, cuius de populo, dicū ei scribere , quem accusare vellet , modò poenam talionis sustinere paratus esset, si succumberet. Is verò qui accersitur alicuius criminis, nonnunquam è vinculis causam dicere, nonnunquam verò , pro rei quæ imponitur & personæ qualitate , vel prædibus datis, vel suæ promissioni commissus , respondere compellitur . Nam reum fieri, est apud prætorem legibus interrogari: cunq;ue in ius ventum esse, dicebat accusator apud prætorem , reo: Aio te Siculos spoliasse: si tacuisse, lis ei estimabatur , vt victo: Si negasset , petebat accusator à magistratu dies inquirendorum eius criminum , & instituebatur accusatio: eratque moris , vt accusator obsignaret domum , & clausa omnia eius, quem accusaturus erat, haberet, ne furorum indicia , aut in vasis , aut in signis, aut literis constituta , ab eo remouerentur, Ciceronemque dicit Asconius , accusatione à prætore ad se delata , tempus inquisitionis Siciliam , dies 110. sumpsiſſe, colligendis literis à populis, & denuntiandis testimonij. Ipsius verò accusationis, formula quædam est huiusmodi<sup>2</sup>. Apud illū prætorem vel proconsulem Lucius Titius professus est, se Mewiam lege Iulia adulterij ream deferre , quod dicat eam cum Caio Scio, in ciuitate illa, domo illius, mense illo, Consulibus illis , adulterium commississe. Ut autem tota veterum ratio, in huiusmodi iudicijs peragendis, planè ac dilucidè intelligatur, subiçiam duo loca ex Asconio Pædiano, quætoram nobis rem ostendere ac declarare possint. Perlata deinde lege (inquit) Pompei, in qua id quoque scriptum erat, vt quæstor , suffragio populi, ex ijs qui consules fuerant, crearetur statim comitia habuit, creatusque erat Cneus Domitius Aenobarbus quæstor. Aliorum quodque iudiciorum, qui de ea re iudicarēt Pompeius tales pro-

r iij posuit,

a libellorū. ff.  
de accusat.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

posuit, vt nunquā neque clariores viros, neque sanctiores propositos esse constaret, post quod statim noua lege Milo postulatus, à duobus Appijs Clodijs adolescentibus ijsdem, à quibus antea familia eius fuerat postulata. Itaque de ambitu ab ijsdem Appijs, & præterea Caio Ceteio, & Lucio Cornificio de sodalitijs, & à Publio Fulvio Nerato. Postulatus autem erat, & de sodalitijs, & de ambitu: ea spe, primum iudicium de vi futurum apparebat, quòd eum damnatum iri confidebant, nec postea responsurum. Diuinatio de ambitu accusatorum facta est, quæstore Aulo Torquato, atque ambo quæstores Torquatus & Domitius Nonis Aprilis reum adesse iusserunt, quo die Milo ad Domitij tribunal venit, ad Torquati amicos misit, ibi postulante pro eo M. Marcello obtinuit, ne prius causam de ambitu diceret, quām de vi iudicium esset perfectum. Apud Domitium autem quæstorem maior Appius postulavit à Milone, exhiberi seruos numero quatuor & quinquaginta: & cùm ille negaret eos qui nominabantur, in sua potestate esse, Domitius ex sententia iudicium pronuntiavit, vt ex seruorum eorum numero accusator, quod vellet, cederet. Citati deinde testes, secundum legem, quæ vt suprà diximus iubebat, vt priusquam causa ageretur, testes per triduum audirentur, dicta eorum iudices confirmarent, quarta die adesse omnes in diem posterum iuberentur, ac coram accusatore ac reo, pilè, in quibus nomina iudicium inscripta essent, æquarentur: dein rursus postera die, sortitio iudicium fieret, vnius & septuaginta, qui numerus cùm sorte contigisset, iij protinus sessum irent, cum ad dicendum accusator duas horas, reus tres haberet, reusque eodem die illo iudicaretur. Prius autem quām sententię ferrentur, quinos ex singulis ordinibus accusator, sotidem reus ejaceret: ita vt numerus iudicium relinqueretur, qui sententias ferrent, quinquagesimus & unus. Hæc Asconius uno loco. Alio sic ait. Moris erat, celebrata iudicium reiectione, & haberi in officio prætoris, & in arca reponi nomina iudicium delectorum. Reiectione autem idcirco dicitur, quia cùm multi iudices, in consilium prætore suo indicandi essent, qui quæstor fuisset, publica causa (verbi gratia repeatundarū, ambitus, maiestatum) necesse fuerat, eos primum de curia senatoria conscribi, cùm senatus iudicaret, deinde in vrnam sortitio mitti, vt de pluribus necessariis numerus confici posset. Tertio, id est, post vrnam permitti accusatori ac reo, vt ex illo numero rejiciant, quos putauerint sibi aut inimicos, aut ex aliqua re incommodos fore. Solet autem ex moribus ac fama iudicium, ex illorum quos aut rejiciebant aut retinebant iudices voluntate conjecturam facere populus, qui causæ suæ confidere, qui corrumpere iudices vellet, reiectione celebrata, & in eorum locum, qui electi fuerant, subsortito prætore, alios, quibus ille iudicium legitimus numerus completeretur, sufficere. Prima enim sortitio dicebatur; his perfectis iurabant in leges iudices, vt obstricti reliquie iudicarent, cùm iurassent, omnes, præter ipsum prætorem, nomina eorum libellis, vt suprà diximus, continabantur, & ubique habebantur, ne pro selectis iudicibus, vt sit in multitudine, aliqui suppositi corruptissimi, iudicarent. Itaq; & prætoris tribunal, vt consideret indicatur prætori

prætori suo: Hucusque Pedianus. His si vnum adhuc è Liuio locum addiderimus, nihil video, quod in toto hoc tractatu porrò amplius desiderari possit. Is enim de Horatio qui sororem occidisset, loquens, (nota enim est Historia) sic ait: Atrox visum id facinus patribus plebiq; sed recens meritum factò obstabat: tamen raptus in lus ad regem.

„ Rex ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus iudicij, aut secundum iudicium supplicij author esset, concilio populi aduocato, duūmuìros, inquit, qui Horatio perduellionem iudicet, secundum legem facio. Lex horrédi carminis erat, duūmuiri perduellionem iudicent, si à duūmuiris prouocarit, prouocatione certato. Si vincent, caput obnubito, infeli ci arbori reste suspendito, verberato, vel intra pomeriu, vel extra pomeriu. Hac lege duūmuiri creati, qui se absoluere nō rebatur, ea lege, ne innoxium quidem posse: cùm condemnassent, tum alter ex his: Publi Horati tibi perduellionē iudico inquit. Lictor colliga manus. Accesse rat lictor, iniiciebatq; laqueum: tum Horatius autore Tullo, clementer legis interprete, prouoco inquit. Ita de prouocatione certatum ad populum est, moti homines sunt in eo Iudicio, maximè Publio Horatio patre proclamante, se filiam iure cæsam iudicare: ni ita esset, se proprio iure in filiu animaduersurū fuissè. Qua causa factū est, vt absolutus sit à populo, magis admiratione virtutis, quam iure cause

#### DE PROCESSV PRAETORIORVM ET EXTRAORDINARIORVM IUDICIORVM.

**P**raetoriorū iudiciorū ratio, nō est vnius vbiq; modi: Aliud enim in adoptionibus, & manumissionibus, quæ variè, tam secundū ordinē, quā extrā fiunt: aliud in bonorū possessionibus, missiōnibus in bona, et stipulationibus, quæ prætoriq dicūtur, obliteratur. Nā quòd interdicta ferè soleat p actiones è spōso, de quibus supra est tractatū, expediri: notius est ex Fabio Quintiliano, quā vt hīc prolixioribus tractari debeat, sufficitq; ad locū eū probè intelligendū, oratio Ciceronis pro Cecinna, cū tertia in Verrem actione, cūq; alijs nō nullis orationibus, in quibus tū sarcitorū tectorū, tū etiā interdictorū tractatq; pulchre explicatur. Nā quid dicā de bonorū possessionibus, quæ causa rei seruād; impetrātur? quarū omnis via & ratio, in latiorib; digestorū siue Pædectarū libris fusiūs est exposita. Illud tātū breuiter admonēdū est, præter ordinaria, tāciuiliū & criminaliū, q; prætoriarū rerū iudicia, esse quædū alia, quæ extraordinaria, & itē quæ sum maria, vocātur. Nā in quibusdā casibus cōtingit, vt propter rerū & personarū qualitatē, celeritatē res expostulet, & sine magnis reorū sumptibus debeat expediri. Sic dicimus, leuia, corām audire & discutere de plano, procōsulē oportere. Itē de plano expediri, vt obsequiū parētib; & patronis, liberisq; patronorū exhibeatū<sup>a</sup>. Formā verò horū summatorū iudiciorū, describit summus Pōtifex<sup>b</sup> his ferè verbis: Sēpe cōtingit, quòd causas cōmittimus, et in earū aliquibus, simplicitet & de plano, ac sine strepitu ac figura iudicij, procedi mādam<sup>9</sup>. De quorū significatione verborū à multis cōceditur, et qualiter procedi debeat, dubitatur: nos autē dubita-

a 1. nec quæquam  
9. de plano. si. de  
off. proconsu.  
b. clem. sēpe de  
verb. signat.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

dubitatem huiusmodi, quantum nobis possibile est, decidere cupentes, hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, ut iudex, cui taliter causam committimus, necessario libellum non exigit: litis contestationem non postulet: in tempore etiam feriarum, ob necessitates hominum indultarum à iure, procedere valeat: amputet dilationum materiam: item, quatum poterit, faciat breviorem, exceptiones, appellations dilatorias, & frustratorias repellendo: partium, aduocatorum, et procuratorum contentiones, ac iurgia, testiumque superfluam multitudinem refrenando. Non sic tamē iudex item abbreviet, quin probationes necessariae, & defensiones legitimae admittatur: citationem verò ac præstationem iuramenti de calumnia vel malitia, siue de veritate dicenda, ne veritas occultetur, per commissionem huiusmodi intelligimus non excludi. Verum quia iuxta petitionis formam, pronuntiatio sequi debet, pro parte agentis & etiam rei, si quid petere voluerit, est in ipso litis exordio, petitio facienda, siue scriptis, siue verbo actis, tamen continuo, (ut super quibus positiones ac articuli formari debeant, possit haberi plenior certitudo, & ut fiat definitio clarius) inferendo, & quia positiones ad faciliorem expeditionem litium propter partium confessiones, & articulos, ad clariorem probationem vobis longeius in causis admisit: nos vobis huiusmodi obseruari volentes, statuimus, ut iudex sic deputatus à nobis (nisi aliud de partium voluntate procedat) ad dandum simul vtrisque terminum dare possit, & ad exhibendum omnia acta & munita, quibus partes vti volunt, in causa post dationem articulorum, diem certam, quandounque sibi videbitur, valeat assignare: eo salvo, quod vbi remissionem fieri cōtingeret, pro testibus producendis, poslunt etiam instrumenta produci assignatione huiusmodi non obstante. Interrogabit etiam partes siue ad earum instantiam, siue ex officio, quandounque hoc æquitas suadebit: sententiam verò definitiuam, citatis ad id, licet non per eptorię, partibus, in scriptis, & prout magis sibi placuerit, stans vel sedens proferat, etiam si ei videbitur, conclusione non facta, prout ex petitione & probatione & alijs actitatis in causa fuerit faciendum. Hacenus summus Pontifex. Iam autem exemplum huius rei proditum est pulcherrimum à Marcello iureconsulto qui sub titulo De ijs quæ in testamento delétur, scribit in hac verba: Sententia Imperatoris Antonini Augusti Pudente & Polione consulibus. Cū Valerius Nepos mutata voluntate inciderit testamētum suum, & hæredum nomina induxit: hæreditas eius secundum diui patris nec constitutionem ad eos, qui scripti fuerunt, pertinere non videtur: & aduocatus fisci dixit. Vos habetis iudices vestros. Viuius Zeno dixit, Rogo domine Imperator, audias me patienter: de legatis quid statuere? Antoninus Cæsar dixit, Videtur tibi voluisse testamētū valere, qui nomina hæredum induxit? Cornelius Priscianus aduocatus Leonis dixit, Nomina hæredum tantum induxit. Calpurnius Longinus aduocatus Fisci dixit, Non potest ullum testamentum valere, quod hæredem non habet. Priscianus dixit, Manumisit quosdam, & legata dedit. Antoninus cæsar, remotis omnibus, cū deliberasset, & admitti rursus eosdem iusserit:

iussisset: dixit. Causa præsens admittere videtur humaniorem interpretationem: vt ea duntaxat existimemus, Nepotem irrita esse voluisse, quæ induxit, Hucusque Marcellus. Priusquā autē finem faciamus, operæ pretium facturi videmur, si Platonem & Aristotelē imitati, & item Ciceronem in libro de legibus (nam quem de iure ciuili in artem redigendo reliquit, cuiusque Aulus Gellius in noctibus Atticis meminīt, desideramus) si inquam eos imitati paucis exponamus: primò, quomodo ius pontificale nostrum quo utimur, & item ciuile quod in libris digestorū vniuersum habemus (nam reliqui libri vel præexercitamenta tantum continent vel supplementa) certa quadam ratione collectum, & in ordinem ac artem inclusum sit. Deniq; quibus disciplinis ac studijs imbutus & tinctus debeat esse ille, qui ad hanc sacrosanctam Iuris tractationem accedere, & ad Republicæ munera capessenda, se parare velit Hisce enim duobus explicatis, partim ea, quæ de principijs Iuris, rebus, & iudicijs, haec tenus dicta sunt, intelligentur melius: partum etiam demonstrabitur quomodo diuina quedam ratione ac ordine, cuncta illa quæ in usu quotidie versantur & vita communi, ab ijs quæ haec tenus tractata sunt, & in ratione ac intelligentia consistunt, dependeant: & quomodo is, qui bonus in Republica ciuis futurus sit, à primis statim annis se parare, & pedetētim à minoribus ad maiora quasi per gradus, proficiisci debeat.

**SEQVITVR IVRIS PONTIFICII ET CI-**  
 uilis Liber singularis, insertus huic tertio  
 de Iuris arte.

8 DE IVRE

IOACH. HOPPERI PHRISII IC.  
DE IVRE PONTIFICIO.

PRIMVM, DE IPSIS LEGIBVS,  
IVRB PONTI-  
ficio tractatur SECUNDΟ, DE MAGISTRATIBVS,

TERTIO DE IUDICIIS. Estq; iste ordo pulchra ratione, tum ex ipsa natura, tum ex ijs, quæ apud Platonem & Ciceronem in legibus tractantur, de promptus. Principē enim locū in ciuitate obtinet lex. Magistratus, sunt custodes & defensores legū & quasi leges loquentes. Iudicia tandem tum legum ipsarum, tum magistratum quasi arma, quibus publicam pacem & communem tranquillitatem conservant. Sed videamus ordine de singulis.

D E L E G I B V S.

1 De summa Tri-  
nitate & fide ca-  
tholica.

2 De constitu-  
tionibus.

3 De rescriptis.

4 De consuetu-  
dine.

Legum pon-  
tificialium

Aliæ sunt religionis siue rerum diuinarum, veluti cùm de summa Trinitate & fide catholica, quæ fundamētū est iuris pontificij, tractatur, 1.

Vel sunt  
scriptæ

Tum per cōstitutiones in ge-  
nere, 2.

Tum per rescripta pontifi-  
cum, ad species quotidie  
emergentes, 3.

Aliæ cōmuniſ  
vitæ, ac morū,  
siue rerum hu-  
manarū, quæ  
quidem

Vel moribus & longa cōsuetudine in-  
ductæ 4.

D E M A G I S T R A T I B V S

DE IVRIS ARTE LIBER TERTIVS. 66  
DE MAGISTRATIBVS.

Magistratum ecclesiasticum sustinent

Alij generaliter ut prelati, qui quidem certis modis

Alij specialiter nonnulli servitiae

Rebus diuinis

Iudiciis Delegati 29.  
qui sunt Legati 30.

Ordinarij 31. qui quidem omnes & certum munus 31. habent & autoritatem 33. cui obtemperari debet, ne publica tranquillitas 34. imperturbetur.

Judiciorum

Quedam sunt incidentia & preparatoria ut

Quedam principalia que quidem pertinet

- 1 Constituuntur vel per postulationem, 5. vel electionem, 6. vel translationem 7.
- 2 Auctoritate donantur 8.
- 3 Recedunt a suo mune-  
re 9.
- 4 Corriguntur 10.

- 5 De postulatione praetorium.
- 6 De electione & electi potestate.
- 7 De translatione episcopi, vel electi.
- 8 De auctoritate & usu palij.
- 9 De renunciatione.
- 10 De supplenda negligentia praetorum.
- 11 De temporibus ordinationum & qualitate ordinandorum.
- 12 De scrutinio in ordine faciendo.
- 13 De ordinatis ab episcopo & episcopatu renuntiauit, vel excommunicato.
- 14 De aetate, & qualitate & ordine praeficendorum.
- 15 De sacraunctione.
- 16 De sacramentis non reiterantibus.
- 17 De filiis presbyterorum ordinandis vel non.
- 18 De seruis non ordinandis & eorum manumissione.
- 19 De obligatis ad ratiocina ordinandis vel non.
- 20 De corpore vitiatis.
- 21 De bigamis non ordinadis.
- 22 De clericis peregrinis.
- 23 De officio Archidiaconi.
- 24 De officio Archipresbyteri.
- 25 De officio primicerij.
- 26 De officio sacrifitie.
- 27 De officio custodis.
- 28 De officio vicarij.
- 29 De officio & potestate iudicis delegati.
- 30 De officio legati.
- 31 De officio ordinarij.
- 32 De officio iudicis.
- 33 De maioritate & obediencia.
- 34 De treuga & pace.
- 35 De pactis.
- 36 De transactionibus.
- 37 De postulando.
- 38 De procuratoribus.
- 39 De Syndico.
- 40 De his que vi metuimus causa sunt.
- 41 De restituione in integrum.
- 42 De alienatione iudicij mutandi causa facta.
- 43 De arbitris.

D E I V D I C I I S.

Pacta, transactioes 35. 36.

Postulationes 37. vel per se

vel procuratorem 38. & syndicum 39.

A metu 40. in integrum restitu-

tiones 41. & alienationes 42. iudicij

mutandi causa facta

Arbitria 43.

Vel ad processum & ordinem

iudicarium.

Ecclesiastice

Vel ad res subiectas, qui sunt vel

Prophanæ

& Criminales

De his igitur tractandum est ordine, & primo quidem de processu. Secundo de ecclesiasticis. Tertio de prophanis. Quarto de criminalibus iudicij.

Lib.2.

- 2 De iudicijis.
- 2 De foro com-  
petenti.
- 3 De libelli ob-  
latione.
- 4 De mutuis pe-  
titionibus.
- 5 De litis con-  
testatione.
- 6 Ut lite nō cō-  
testata nō pro-  
cedatur ad re-  
stū receptio-  
nē vel ad sen-  
tentiam defi-  
nitiam.
- 7 De iuramēto  
calumniæ.
- 8 De dilationib.
- 9 De ferijs.
- 10 De ordine  
cognitionū.
- 11 De plus peti-  
tionibus.
- 12 De causa pos-  
sessionis & I N O R D I-  
proprietatis.
- 13 De restitutio-  
ne spoliatorū.
- 14 De dolo &  
contumacia.
- 15 De eo q mit-  
titur in posses-  
sionem causa  
rei seruandæ.
- 16 Ut lite pédé-  
te nihil inno-  
uetur.
- 17 De seqestrati-  
one possessio-  
nū & fructuū.
- 18 De cōfessis.
- 19 De probatio-  
nibus.
- 20 De testib' &  
attestationib'.
- 21 De testibus  
cogēdis vel nō
- 22 De fide in-  
strumentorū.
- 23 De prēsum-  
ptionibus.
- 24 De iureiu-  
rando.
- 25 De exceptio-  
nibus.
- 26 De prēscri-  
ptionibus.
- 27 De sententia & re iudicata.
- 28 De appellationibus & recusationibus.
- 29 De clericis peregrinantibus.
- 30 De confirmatione vtili vel inutili.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

### DE PROCESSV IVDICIORVM.

Primò spectatur iudex, vt videlicet ad competentem iu-  
dicem eatur 2.

Primi or- dinis sunt	Libelli oblatio 3.
	Mutuæ petitiones 4.
Secūdi, vt corā eo le- gitima via proceda- tur, quod quidē tri- bus proce- dit ordi- nibus	Litis contestatio, cuius vis est 5. vt sine ea nihil fieri possit 6.
	Iuramentum calumniæ. 7.
Aut dilationū 8. & feriarum, 9.	Aut dilationū 8. & feriarum, 9.
	De ordine cognitionū 10.
Aut queſti- oniu- ciden- tium	De plus petitionibus 11.
	De causa pos. & proprie- tatis 12.
Tertij	De restitutione spoliato- rum 13.
	De dolo & cōtumacia 14.
A parte actoris	De missione in bona 15.
	De innouationibus 16.
A parte rei	De sequestrationibus. 17.
	Vt ad eliciendam confessionē propo- nat interrogatoria 18.
Per testes 20. 21.	Per testes 20. 21.
	Vt prober in- tentioem 19.
Instrumenta 22.	Instrumenta 22.
	Prēsumptioes 23.
Prēscriptiones. 26.	Iuslurandum. 24.
	Exceptio 25.

T E R T I O, vt post finitam litem iudicetur, 27. & si senten-  
tia non placeat, appelletur 28. nam appellatione pendente  
nihil potest innouari, quemadmodum nec eo tempore, quo  
quis in profectione est, 29. causa rei suæ apud summum pon-  
ficem proponendę: quanquam eorum quę confirmantur 30.  
quædam sunt vtilia, quædam inutilia.

### DE ECCLE-

# DE IURIS ARTE, LIBER TERTIVS. 70

A litigatiū  
parte fit prē  
paratio , vel

Per vocationem  
in ius: Nam ea facta

vel

4.

Veniendum est, s. adeò ut graui multa ple-  
tatur is qui non venit, s. vel qui volētem venire  
vi eximit. 7.

Satisfandum iudicio sisti , idque tū pi-  
gnoribus datis & vadibus 8. cum sponsione, 9. Vel  
alia cautione præstata: nā siue per alium fiat: quod  
minus quis ad diem listatur , 10. siue per ipsum  
teū, grauis poena manet eū qui delinge, 11. nisi se-  
riaru forte vel dilatōis priuilegio excusetur, 12.

Per editionem, 13. Nam æquum est & rationi consentaneum, vt is  
qui agere vel accusare velit, tum formulā exhibeat qua instituit agere, tum  
verò literas & instrumenta, quibus aduersariū suum impetrere & actionem  
firmare & fundare contendit , vt scilicet reus apud se deliberare posit,  
verūm litigare an cedere debeat.

Conuēctiones litigantium inter se , que vel per pacta gratuita  
de non petendo, 14 . vel per transactiones 15. in quibus aliquo dato vel re-  
tentio receditur à lite, inveniuntur.

Postulationes, 1. à quibus arcētur infames 2. que que expediuntur tum  
per reos ipsos, tum per alios: qui quidem si mandatum habeant, in priuatis  
procuratores dicuntur 3. vel defensores, In publicis verò: actores vniuersi-  
tatis 4. Si non, negotiorum gestores, qui videlicet sponte sua amici alicuius  
negotia suscipiunt 5.

Calumniç, 6. nam diligenter prouidendum est, ne quis innocētes sciens  
prudens obruat, & in iudicium impunē trahat.

Restitutiones integri, 1. puta cum quis la-  
pīs & circumscripsus est.

Compromissa in arbitrū 8. Nam si quis id  
quod copromissum est recipiat, non minùs est cō-  
pellendus pronuntiare, quam nautæ, caupones,  
stabularij, de quibus edicto cantum est, ut recepta  
restituane 9.

4 De in ius vocando.  
5 Si quis in ius vocatus non  
ierit : siue eū q̄s vocauerit  
quē ex edicto non debuit.

6 In ius vocati vt eāt vel lā-  
tis, vel cautum dent.

7 Ne quis eum qui in ius vo-  
catus est, vi eximat.

8 Qui satisfacere cogantur vel  
jurato promittant, vel suæ  
promissiōni cōmittantur.

9 Si ex noxali causa agatur:  
quē adinodum evaneatur.

10 De eo per quē factum erit  
quod minus in iudicio quis  
listat.

11 Si quis cautionibus iudi-  
cio listēdi causa factis nō  
obtemperauerit.

12 De ferijs, & dilatationibus  
& diuersis téporibus earū:  
& ex quibus causis feriae  
non impedianter.

13 De edendo.

14 De pactis.

15 De transactionibus.

## Lib.3.

1 De postulando.  
2 De his qui notantur infa-  
mia.

3 De procurat. & defensor.

4 Quod cuiusque vniuersi-  
tatis nomine , vel cōtra eā  
agatur.

5 De negotijs gestis.

6 De calumniatoribus.

## Lib.4.

1 De rest. in integrum.  
2 De eo quod metus causa  
gestum erit.

3 De Dolo malo.

4 De minoribus. 25. annis.

5 De capite minutis.

6 Ex quibus causis maiorē  
25. annis in integrum resti-  
tuantur.

7 De alienatione iudicij mu-  
tandi causa facta.

8 De receptis arb. & qui arbli-  
triū recipiunt ut sentētiā  
dicant.

9 Nautæ , caupones , staba-  
larij ut recepta restituant.

- 1 De iudicijs.  
2 De inofficio testamento.  
3 De petitione hæreditatis.  
4 Si pars hæreditatis petatur.  
5 De possessoria hæreditatis petitione.  
6 De fideicomissaria hæreditatis petitione.

Iudiciorū  
alia sunt

## Lib. 6.

- 1 De rei venditione.  
2 De Publiciana in re actioe.  
3 Si ager vestigialis vel ephyteutarius petatur.

## Lib. 7.

- 1 De vſufructu , & quæadmodum quis vratur & fruatur.  
2 De vſufructu accrescendo.  
3 Quando dies vſufructus legati cedat.  
4 Quibus modis vſufructus vel vſus amittatur.  
5 De vſufr. earū rerū quæ vſu consumuntur vel minuuntur.  
6 Si vſufr. peta. vel ad alium pertinere negetur.  
7 De operis seruorum.  
8 De vſu & habitatione.  
9 Vſufructuarii quæadmodum caueat.

## Lib. 8.

- 1 De seruitutibus.  
2 De seruit. vrb. prædiorum.  
3 De seruit. rust. prædiorum.  
4 Cōia pd. tā rūst. quā vrb. lo me.  
5 Si ser. vend. vel ad alium pert. neg.  
6 Quemadmodum seruit. a. mittantur.

## Lib. 9.

- 1 Si quadrupes paup fec. dic.  
2 Adl. Aquilam.  
3 De his qui deiecerunt vel effud.  
4 De noxalibus actionibus.

## Lib. 10.

- 1 De iudicio finiū regūdorū.  
2 Familiaē hærciscundæ.  
3 Communi diuidundo.  
4 Ad exhibendum.

## Lib. 11.

- 2 De interrogat. si iure faciens , & de interrogatorijs actionibus.  
2 De quibus rebus ad eundē iudicem eatur,  
3 De seruo corrupto.  
4 De seruis fugitiuis.  
5 De Alez lufu & aleatorib.  
6 Si menor falsum modū dixerit.  
7 De religiosis & sumptibus funeru, & vt funus ducere liceat.  
8 De mortuo inferēdo, & se pulchro ædificando.

## IV DICTIA CIVILIA

Civilia quib⁹ ūnicuique ius redditur idq; siue q̄ratur	De meris iudicijs
Prætoria quibus populi tranquillitas & maximè in possessionibus defenditur	De rebus & commercijs
Criminalia quibus malitia vindicantur	De personis
Vniuersalis, quæ preposita prius querela inofficio testamēti petitur, per petitionē hæreditatis, quæ est vel	De successionib⁹ quæ iudicijs, rebus & personis simul constant.
In rem, quæ quidē actio vel ē	Civili⁹ tam cùm tota petitur, & quācum pars eius. 4
Singularis, quæ qui dē vel ē	Prætoria, quæ vel ratione possessionis bonorum impetrat, & vel fideicomisi, reliqui intentatur. 6.
In corporalis, quæ vel ratione pleni dominij, tū ciuili⁹, tū iure prætorio per Publicianā vēdicatur, & vel ratione vtilis, aut directi cùm de vestigali fundo agitur. 3	Corporalis, quæ vel ratione pleni dominij, tū ciuili⁹, tū iure prætorio per Publicianā vēdicatur, & vel ratione vtilis, aut directi cùm de vestigali fundo agitur. 3
In corporalis, vt seruitus, tū	Vſuſfructus. 1. 2. 3. 4. 5. 6.
Prædialis, q̄ subinde	Operæ seruorum. 7
Animalia nostra, quo casu q̄ritur de pauperie. 1	Vſus & habitatio. 8. 9
Nos ipsos sine facinore, vt cū cōtra l. Aquilam 2 nocuimus, nā si cū facinore noceatur, vt in furto, rapina, iniuria, pertinet res ad criminalia iudicia de quibus mox.	Vtriusq; generis, 4. 5. 6.
Per familiā nostrā, si forte deieciū aliqd sit, vel effusum 3 aut per seruū nostrū pro cuius culpa & maleficio noxali actione obstringimur. 4	Rusticorū prædiorū, & vt iter, actus, via, aquæductus.
Permixtim, tā in rē, q̄ i psonā, quo casu nascitur iudicium subinde p̄cipue	De finibus regundis. 1
Ex re, veluti cū quæritur	De familia hærciscunda. 2
Ex facto psonæ, vt cū agitur cōtra aliquē	De communi diuidundo. 3
Ex interrogatorijs in iure factis, & maximè circa hæreditatem. 2	De exhibēdo eo quod q̄s vēdicatur est. 4
Ex seruo corrupto, & ad fugā impulsō. 4	Ex seruū corrupto, & ad fugā impulsō. 4
De alea. 5	De eo q̄ mēſor falsum modū dixerit. 6
De funerum sumptibus, 7 & q̄s quā ūnus ducere prohibentur. 8	De funerum sumptibus, 7 & q̄s quā ūnus ducere prohibentur. 8

Nam hæc quidē, cùm neq; pertineant ad successiones, neque ad contractus & cōmertia, neq; denique ad dotes & tutelas, & tamen ciuilia sint, & legibus 12. cōprehensa: meritò debent ad communem de iudicijs locum referri.

# DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS.

71

Principē locū tenet que quidē cōtrahuntur vel	Certis, & describris contractib⁹, q̄ siunt vel	Re. & id tū	Nostro nomic, quo casu vel cre-ditur	Gen⁹ vt in	Mutuo, quōd propriè cre-ditū dicitur circa rē, quē admo dū iuslurandū circa personam cuius interpositione, vt ingt interpres Iulij Pauli ambigu-tas tollitur, cūm de refusione pecuniae agitur. 2. 3	Lib. 12.	De reb⁹ creditis. Si certū pe-tatur, & de certi cōdictiōe.	
Que cir-ca res cre-ditas oc-currunt alia	Incertis, vt ex	Re ve-luti in	Negotio, quo casu, aut cōpe-tit actio	Spēs, vt in	Commodato. 6	Quasi mutuo, vbi cūque cōpetit cōdictiō, q̄e quidem quaten⁹ ciuilis, vel est specialis cōpetēs, tū q̄a causa ppter q̄ da tū est, nō est lecta. 4. tū q̄a tur ppter cōcepta, 5. tū q̄a nulla, 6. 7. tū deniq; ppter maleficiū, 1. vel generalis, vt videlicet quā. do ex lege 1. cōdicitur vel p cō dictiōe triticaria 3. Nam quē patoria est cōdictio ea vel est ar-bitratia, vt cūm de eo agitur, quod certo loco dari pmisum est, 4. vel cōstitutoria cū decō stuta pecunia 5. quāritur, 7. De Pignoratitia actione.	Lib. 13.	De condicōne furtiu-a. 1. De condicōne ex lege, 2. De condicōne ob tursem vel iniustam causam. 3. De condicōne indebiti. 4. De condicōne sine causa.
Sunt de appendicijs & accessoria, cuiusmodi sunt	A Estimato. 3	Aliena, idque vel ex alieno	In soli-dū, vt cū agi-tur	Pignore. 7	Exercitoria, quē ex nauis gubernatione seruo cōmissia nasci-tur, 1. in qua & de ia-ctu 2. quāritur.	Lib. 14.	De exercitoria actione. 1. Ad l. R. hodiam de iactu. 2. De initioria actione. 3. De tributoria actione.	
Lib. 19.	2. De actionibus empti & venditi.	2. Locati & conducti.	2. Redhibitiones	Cōsensu, vt in	Mandato. 1	5. Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium ge-stum esse dicitur.	5. Quod cum eo qui in aliena potestate est negotium ge-stum esse dicitur.	
Lib. 20.	2. De pign. & hypothecis, & qualiter ea cōtrahantur, & de pactis eorum.	2. In q̄bus causis pign. vel hy-pothecē tacitē cōtrahatur.	3. Euītiones, & duplæ stipulationes. 2. 3.	Locato conducto. 2.	4. Qui pot. in pign. vel hypo-the. habeat, & de ijs q̄ i pri-orū creditorū locū succedūt	6. Quib. mod. pig. vel hyp. sol.	6. Quib. mod. pig. vel hyp. sol.	
Lib. 21.	2. De cōdil. edicto & redhibito-ria, & quāto minoris actiōe.	3. De euīt. & duplæ stipulat.	5. De distri. pig. vel hypothec.	Lib. 22.	3. De exemptione rei vēdite.	5. De distr. pig. vel hypothec.	5. De distr. pig. vel hypothec.	
Lib. 22.	2. De vſur. & fruct. & cauſis, & oībus accessionib⁹ & mora.	2. De nautico scōnore.	3. De pblationib⁹ & presumpt.	Lib. 23.	2. De sōde iſtr. & amissiōe corū	5. De testibus.	5. De testibus.	
Lib. 23.	2. De euīt. & facti ignorantiā.	2. De euīt. & facti ignorantiā.	3. De euīt. & facti ignorantiā.	Lib. 24.	2. De euīt. & facti ignorantiā.	2. De euīt. & facti ignorantiā.	2. De euīt. & facti ignorantiā.	

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## Lib. 23.

- 1 De sponsalibus.
- 2 De ritu nuptiarum.
- 3 De iure dotalium.
- 4 De partis dotalibus.
- 5 De fundo dotali.

## Lib. 24.

- 1 De donationibus inter vi-
- rum & vxorem.
- 2 De diuortijs & repudijs.
- 3 Soluto matrimonio, quo-
- modo dos petatur.

## Lib. 25.

- 1 De impensis in rebus dota-
- libus factis.
- 2 Actione rerum amotarū.
- 3 De liberis agnoscendis &
- alendis à parentibus, vel à
- patronis libertis.
- 4 De ventre inspicioendo cu-
- stodiendoq; partu.
- 5 Si ventris noīe muliere in
- possessionē missa, eadē pos-
- sessio ad alii trāslata dolo
- malo condicatur.
- 6 Si mulier vtris noīe i pos-
- sessione calūniz causa esse
- dicatur.
- 7 De concubinis.

## Lib. 26.

- 1 De tutelis.
- 2 De testamentaria tutele.
- 3 De cōfirmando tutorē vel
- curatore.
- 4 De legitimis tutorib⁹.
- 5 De tutorib⁹ & curatorib⁹
- datis ab ijs, qui ius dādi ha-
- bēt, & qui, & in quibus cau-
- sus specialiter dari possunt.
- 6 Qui petat tutorē vel cura-
- tore, & vbi petantur.
- 7 De administr. & per. tutorū
- vel curatōrū: qui gesserit
- vel nō: & de agentibus, vel
- cōueniēdis uno vel plurib.
- 8 De autoritate & cōsensu
- tutorum vel curatorum.
- 9 Quādo ex facto tutoris vel
- curatoris minores agere
- vel conueniri possint.
- 10 De suspectis tutorib⁹ &
- curatorib⁹.

## Lib. 27.

- 1 De excusationib⁹ tutelarū
- & temporibus earum.
- 2 Vbi pupill⁹ educari vel mo-
- rari debeat, & de alimētis
- ei pr̄stantis.
- 3 De tutelis & rōib⁹ distra-
- hendis, & vtili curationis
- causa actione.
- 4 De cōtraria & vtili actione
- tutelarū.
- 5 De eo qui pro tutorē vel cu-
- ratore negotia gesit.
- 6 Quād falso tutorē authore gestū esse
- dicitur.
- 7 Defideiussoribus, & nominatoribus,
- & hæredibus tutorum & curatorum.
- 8 De Magistratibus conueniēdis, &
- eorum hæredibus.
- 9 De reb⁹ eorū, q; sub tutela vel cura sūt
- sine decreto nō alienandis vel sup-
- ponendis.
- 10 De curatoribus furioso & prodigo,
- vel alijs extra minores daudis.

Maris &  
fœminæ  
cōiunctio-

nē, q; vel est

Ex legi-

timō matri

monio,

in

quo

haben-

da

est

ratio

de id est,

De reb⁹,

id est,

De

rebus

amotis.

Quo deīde

agatur

Ex concubinatu

7

Quād sit,

i. nam tutela est vis ac

potestas in capite libero ad tūedium

eu, qui per ætatem se defendere nequit.

Quotuplex

nam tutores dā-

tur,

vel

Tutelam & curam

qua est, vel

Minorū, in

qua constituē-

dam est

Quas

actioes

pariat

Aliorū, vt furiosorum,

prodigorum, & eorum qui

sontico morbo laborat: na

ij, cū rebus suis supēsse no

possint, et quād est quoq; vt

ab alijs regantur. 10

Coniunctionis ipsius

per nuptias. 2

Quād dotis, 3. 4. 5. que plerūq;

in iplis nuptijs solet itercedere: nā cō-

tracto matrimonio, nō licet amplius

vtrō & citrō donare, ne concordia

pretio magis cōciliari, quād honesto

amore videatur. 3

Dote 3

De impensis in rebus

dotalibus factis. 1

De rebus amotis. 2

Vel iam natis

agnoscendis. 3

Nondum natis

custodiēdis. 4. 5. i pos-

sessionē mittēdis. 5. 6.

Testamēto, 2

qui & subindē di-

cūtur cōfirmari. 3

Lege 4

A magistratib⁹, 5.

quos petere

tenentur illi, ad

quos hereditas ei

potest guenire. 6

Quād vim habeat in ad-

ministratiōne, 7. & autoritatis iter-

positione, 8. & ijs que per se agit tu-

tor vel curator. 9

Quō finiatur p accusatiō-

nē suspecti, 10. vel legitimas excusatiō-

nes, aut alijs deniq; iustis caufis. 11

De pupilli alimētis 2

Cū ipsi tutori-

b⁹ & curatōrū. 3

vtrō citrō. 4

Cū ijs q; vel tutele

vel curatore ne-

gotia gesserit. 5

Cū ijs q; vel fali-

fuerunt tutores,

vel ab ijs accep-

runt. 6

Cū fideiussorib⁹

& nominatorib⁹

tutorum. 7

Cū ipsi magis

stratib⁹, q; actio fub-

sidiaria vocatur. 8

De reb⁹ alienatis si-

ne decreto vel suppōsi-

tiōne vel alienatis. 9

DE IURIS ARTE, LIBER TERTIVS. 67  
DE ECCLESIA STICIS.

Primum vita honestas i. & castitas 2. 3.

Personarii

ad quas pertinet Secundo ut in ecclesia resideant 4. in qua præbendam 5. habent vel dignitatem nisi egrotent. 6.

Institutio 7.

Rerum in quibus spectantur beneficia

Tum in se in quo argumeto tractatur Concessio in dum vacet beneficiū. 8. 9. qua traditur Quomodo debeat vel prælati 10. vel canonici 11. in ijs versari. 12.

Per se, & non possunt alienari 13.

Tum ratione bonorum que consideratur vel

Ratione fructuum & cōpetit in ijs

1 Sepulturæ 28.  
2 Parochiarum distinctiones 29.  
3 Decimaru et primiarum oblationes 30

4 Laicoru hominū  
5 Religiosoru dormoru procuratio  
36. 37.

Personarum & rerum simul quæ sunt

6 Ius patronatus 38.  
7 Ratio exactioris  
39.

8 Consecrationes  
9 Venerationes 45.  
10 Observations

iciuniorum 46.

II Purificationes post partum 47.

12 Ecclesiarum Reparatio 48.

Immunitas 49.

13 Ne clerici vel monachi rebus secularibus se imminisceant. 50.

Ecclesiastica sunt vel

43 De reliquijs & veneratiōe sanctorū.  
44 De oblatione lejuniorum.  
47 De purificatione post partum.  
48 De ecclesijs cōficiādis vel reparādis.  
49 De immunitate Ecclesiarum coemiterij, & rerum ad eas pertinentium.  
50 Ne clerici vel monachi secularibus negotijs se immisceant.

1 De vita & honestate clericorum.

2 De cohabitatione mulierum & clericorum.

3 De clericis coniugatis.

4 De clericis non residentibus in ecclesia vel præbēda.

5 De præbēdis & dignitatib.

6 De clero egrotante vel debilitato.

7 De institutionibus.

8 De concessione præbendæ & ecclesiæ non vacantis.

9 Ne sede vacante aliquid innovetur.

10 De ijs quæ fiunt à prælato sine consensu capituli.

11 De ijs quæ fiunt à maiore parte capituli.

12 Ut ecclesiastica beneficia sine diminutiōe cōseratur.

13 De rebus ecclesiæ alienan- dis vel non.

14 De precarijs.

15 De commodato.

16 De deposito.

17 De emptiōe & vēditione.

18 De locato & conducto.

19 De rerum permutatione.

20 De feudis.

21 De pignoribus & alijs cau- tionibus.

22 De fiduciis oribus.

23 De solutionibus.

24 De donationibus.

25 De peculio clericorum.

26 De testamēto & vītiis voluntatibus.

27 De successionibus ab in- testato.

28 De sepulturis.

29 De parochijs & alienis pa- rochianis.

30 De decimis, primitijs, & oblationibus.

31 De regularibus & trans- untibus ad religionem.

32 De cōuersiōe cōiugatorū.

33 De conuersione intidelū.

34 De voto & voti redēptiōe.

35 De statu monachorum & cationicorum regularium.

36 De religiosis domibus ut episcopo sint subiectæ.

37 De capellis monachorum & aliorum religiosorum.

38 De iure patronatus.

39 De censibus, exactiōibus & procuratoriis.

40 De cōsecratione ecclesiæ vel altaris.

41 De celebratione missarū & sacramento Eucharistie.

42 De baptismo & ei' effectu.

43 De presbytero non bapti- zato.

44 De custodia Eucharistie, chrismatis & aliorū sa- mentorum,

8 iii DE PRO-

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE PROPHANIS.

- 1 De sponsalibus & matrimonij.
- 2 De despōlatione sp̄uberū.
- 3 De clandestina despōsatione.
- 4 De sponsa duorum.
- 5 De cōditionibus appositis in despōsatione vel alijs cōtractibus.
- 6 Qui clerici vel vountes matrimonium contrahere possunt.
- 7 De eo qui duxit in matrimoniu quā polluit per ad ulterium.
- 8 De coniugio leprosorum.
- 9 De coniugio seruorum.
- 10 De natis ex libero vētre.
- 11 De cognatione spirituali.
- 12 De cognatione legali.
- 13 De eo qui cognovit consanguineā vxoris suę vel sponsę.
- 14 De consanguinitate, & affinitate.
- 15 De frigidis & maleficiatis, & impotentia coeundi.
- 16 De matrimonio cōtracto cōtra interdictū ecclesie.
- 17 Qui filii sunt legitimi.
- 18 Qui matrimoniu accusare possunt, vel contra illud testificari.
- 19 De diuortijs.
- 20 De donationib' inter vi- rū & vxorē, & de dote post diuortium restituenda.
- 21 De secundis nuptijs.

### Lib. 5.

- 2 De accusationibus, inquisitionib', & denūtiationib'.
- 2 De calumniatoribus.
- 3 De simonia: & ne aliquid pro spiritualibus exigatur vel promittatur.
- 4 Ne prælati vices suas, vel ecclesiastis sub annuo censu concedant.
- 5 De magistris: & ne aliquid exigatur p̄ licētia docēdi.
- 6 De iudicis, & ordinatis ab eis.
- 9 De apostatis, & reiterantibus baptisma.
- 10 De ijs qui filios occiderūt.
- 11 De infantibus, & lāquidis expositis.
- 12 De homicidio voluntario vel casuali.
- 13 De torneamentis.
- 14 De clericis pugnatibus in duello.
- 15 De sagittariis & balistariis.
- 16 De adulterijs & stupro.
- 17 De raptoribus incendiaris, & violatorib. ecclesiastarū.
- 18 De furtis.
- 19 De vſuris.
- 20 De crimine falsi.
- 21 De sortilegijs.
- 22 De collusione detegēda.
- 23 De delictis puerorum.
- 24 De clericis venatore.
- 25 De clericis percussore.

### In crimi- nalibus tra- statutus

Quō cō- trahantur 1. Licitē 2 & spectatur in his  
Illicitē

Quā vī habēat circa natos 17

Aetas, 2  
Modus, vt cum vel clandestinè 3. con- trahitur, vel cū duo bus 4. vel certis con ditionibus, 5.  
Personā, in qua ha- betur ratio  
Ius, 16.

Ordinis 6  
Maleficij 7  
Morbi 8  
Status 9.10  
Cognationis, 11  
spiritualis 11. 12  
legalis 12.13.14  
Potentia. 15

Quō dissoluantur Per accusationem, 18

Quō iterentur, cū Per diuortium, 19. quo tempore questione donatione inter virum & vxorem facta. 20  
translit̄ ad secundas nuptias. 21

## DE CRIMINALIBVS.

Primo, quomodo intententur accusationes 1. & calumniae detegantur. 2.

Contra religionē vt Simonia, vt Cū pro spiritualibus aliquid exigitur, 3.  
Iudaismus 6 Cū prælati vices suas sub an- nuo censu concedunt, 4.  
Hæres 7 Cū exigitur aliquid pro licētia docendi. 5.  
Scīma 8  
Apostasia 9

Oīmque sunt vel

Deinde quot sint criminūge nera, nam alia sunt

Contra coēm tran quilitatē In adultis  
29. In pueris

Circavīta & corpus hoīs, vt Filios occident, 10 Infantes expo- nere, 11 Homicidiū comi- mittere, 12 Torneamēta, 13 Duellū 14. i quo & de sagittariis & ba listariis tracta- tur, 15  
Capitālē 16  
Furtum 18  
Vſura 19  
Crime falsi 20 Sortilegium 21 Collusio. 22

Sipliciū, 9 peccat vel Cōmu- niter Venando 24  
Clerico- rum Percutiēdo 25 Maledicēdo 26  
Circa ip sū ordine Si clericus excoīcatus ministret, 27  
Prælatorū 31. agendo Si non ordinatus, 28  
vel adificando, 32 Si per saltum promotus, 29  
Priuilegiatorum, 33. Si is q̄ ordines furtiuē suscepit, 30

Tertiō, Purgando se, 34.35.

quō puni- Refaciendo damnum, 36.

antur Subeundo poenam, 37. quę per paenitentiam 38. remitti potest.  
quemadmodum & sententia excommunicationis. 39.

suscepit.

31 De excessib⁹ prælatorū & subditorum.  
32 De noui opis nūtiatione.  
33 De priuilegijs & excessib⁹ priuilegiatorum.  
34 De purgatione canonica.  
35 De purgatione vulgari.

36 De iniurijs & damno da- to.  
37 De poenis.  
38 De paenitentijs & remis- sionibus.  
39 De sententia excommu- nicationis & suspensionis, & interdicti.

## DE IVRE CIVILI.

**IVRIS CIVLIS** tractatus sunt tres { Primus est ipsius per se Iuris  
Secundus subiectorum iuris & quasi materiei,

**TERTIVS DENIQVE IUDICIORVM ET** rerum forensum, ad quas quidem in Pandectis reliqua omnia referuntur, videlicet ut ipsarum rerum cognitio, vna cum vsu tractationeque forensi (quod quidem plena perfectaque artis est) accipiatur. Nam quod in quatuor libris Institutionum alia quaedam via tenetur & ratio, in eorum gratiam est comparatum, qui primum in haec studia iuris ingrediatur, quibus omnia distributè prius ac distinctè nudeq; proponi debent (quemadmodum & in aliarum articulatum libellis Isagogicis obseruantur) quā ad plenam & absolutam tractationem perducantur. Sed videamus ordine de singulis.

## DE IPSO IVRE.

**QVAM TVM AD** ipsum ius attinet, de eo queritur,

**QVID SIT ET Vnde NOMEN INVENI-** rit. Nam cum ius nihil aliud quam boni & aequi ars sit, meritò dicitur nomen suum **A. IUSTITIA**, ad quam tanquam ad finē suum respicit, traxisse: licet alioqui iuris verbum pro primis animi notionibus acceptum, ipsi iustitiae nomen dederit. 1.

1 De iustitia & iure.

**QVAM ORIGINEM ET PRINCIPIVM HA-** beat apud Romanos, apud quos primum manu regia, deinde descriptis 12. tab. 11. accendentibus porro magistratibus & prudentibus res est administrata. 2. 2 De orig. iuris.

**QVAS PARTES.** Nam ius vel moribus est constitutum vel consensu, idque tum totius populi, tum vero senatus, et optimatū, 3: tū deniq; ipsorum principū 4: tot enim ferè formæ sunt rerum publicarum. 3 De ill. & sc. &c. 4 De cōst. prīc.

**VLTRA** haec tria licet alia nonnulla sint, que de ipso iure tum vniuerso tum ciuili commodè tractari possint, tam enia quia cum ipsis iudicijs, & actionibus facilè percipi & cognosci queunt, nihil opus est, ut separatim ac sciunctim prolixius explicitur.

## DE SUBIECTIS

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## DE S V B I E C T I S I V R I S

- 5 De statu hominum.  
6 De ijs qui sui vel alieni iuris sunt.

- 7 De adoptionibus & eman-  
cipationibus. Et alijs mo-  
dis, quibus ius patriæ pote-  
statis soluitur.  
8 De rerum diuisione & qua-  
litate.

Subiecta iuris, sunt	Personæ, quæ quidem vel sunt	Sui juris, ex quib' alijs sunt	Libertini, qui ex iusta seruitute manumissi sunt.
	Alieni, quales sunt, tum	Serui, qui in dominica potestate sunt.	Ingenuī, qui statim vt nati sunt, liberi sunt.
Res, quæ partim sunt	Diuini iuris, vs	Filiij familiarum, qui manui & potestati patris sunt suppositi, idque sive sine iustis nuptijs quæsiti, sive adoptati: nam quemadmodum iure ciuili consti- tuitur istud ius, ita & emancipatione tolli potest.	Sacrae Sanctæ Religiosæ. 5.6.7.8.
	Humani, vt	Communes Publicæ Vniuersitatis Singulorum.	

**N**ON ignoro quosdam esse, qui reiectis personis, dominium tan-  
tum & obligationem, pro subiectis iuris recipiūt: sed eos tā clare  
ac manifeste refellit Caius ex Platone, vt nihil planè sit opus verbis plu-  
ribus. Maximè, cùm ipsa quotidie ratio tractatioq; doceat, vniuersam  
republicā nullis planè alijs, quām personis simul & rebus contineri:  
& ipsam inter dominium & obligationem differentiam, ex solis rebus  
& personis emanasse. Vt interim illud omittā, quod seruitutem, manu-  
missionum, nuptiarum, tutelarum & aliarum rerum iura, nullo modo,  
vel dominijs, vel obligationibus applicari possint. Planè, quod actiones  
& iudicia, à subiectis iuris sciungo, nihil mirū videri debet: nam vt suis  
locis demonstratum est, Aliæ sunt quæstiones boni & equi: Aliæ iuris:  
Aliæ deniq; iudiciales. Nō mutat, quod ius omne pertinere dicitur, vel  
ad personas, vel ad res, vel ad actiones: id enim cōpendio factū est, cuius  
gratia sāpe fit, vt plures distinctiones, natura separate, cōfundātur. Nam  
qua ratione iudicia substerimus voluntati principis & legulatōris, ea-  
dem liceret & ipsas leges, tāquam subiectum aliquod iuris ponere. Sed  
nos hīc propriè loquimur. Cui & hoc addi potest, quod Caius iurecon-  
sultus, quem authorē laudat Iustinianus, nihil aliud in suis institutioni-  
bus, actionum nomine significare voluisse, videri possit, quām obliga-  
tiones prætorias, quæ actionum instar obtinent, & eas, quæ ex delicto,  
vel quasi nascuntur, quæ inter iudicia tum ciuilia, tum criminalia in di-  
gestis reponi manifestum est. Iam verò quod tam parcè hoc loci de per-  
sonis & rebus disputatur, propter iudicia fieri certum est, in quibus cū  
abundè satis et luculenter de ijs exponatur, nihil est necesse, cur eadem  
sepius repeatantur.

DE IV-

## DE IUDICIIS.

ALIA SVNT QVAE DICVNTR TA ΠΡΩΤΑ,  
quæ scilicet preparatoria sunt, & cognosci fierique debent  
antequam ad legitimas actiones descendatur,

In iudiciis ALIA QVAE SPECIALI NOMINE IUDICIA,  
quibus ipsa vera ratio tum actionum, tum ipsius ordinis  
iudicarij continetur,

ALIA TANDEM QVAE POSTERIORA quæ vel  
post rem iudicatam vel extra ordinem expediuntur: nam  
quemadmodum orationes patronorum in foro, ita etiam  
ipsa iudicia suis quasi procemijs cōstāt actionibus & epi-  
logis, estq; hac ratione tam ad intelligendū quām ad usur-  
pādum accōmodatissimē totum nostrum ius ciuile com-  
positum & comprehensum, idq; ad ipsius edicti perpetui  
formam ac ordinem, quem quidem non solū in his li-  
bris Iustinianus noster, verū ante eum omnes tam pru-  
dentes quām principes (quantum quidē ex ijs fragmentis,  
quæ in manibus sunt, colligere licet) sunt amplexi.

## TA ΠΡΩΤΑ.

Terparatoria  
quædam sunt

PRABPARATORIA, per quæ scilicet via  
sternitur ut in ius & iudiciū veniatur, quæ  
quidem vel respiciunt

Judicem  
vel  
Litigatores

INCIDENTIA, quæ tum initio litis, tum pendente lite  
occurrūt, quæq; adesse ac abesse sine vitio possunt utplu-  
rimū, cū ea quæ preparatoria dicimus, omnino necessaria  
sint, tum ad intelligendum, tum ad agendum.

## De iudicibus

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

- 9 De senatorib⁹.
- 10 De officio cōsulis.
- 11 De officio p̄fecti p̄torio.
- 12 De officio p̄fecti vrb⁹.
- 13 De officio quæstoris.
- 14 De officio prætoris.
- 15 De officio p̄fecti vigilum.
- 16 De officio p̄cōsulis & legati.
- 17 De officio p̄fecti Augusta-  
lis.
- 18 De officio p̄fides.
- 19 De officio p̄-  
curatoris Cæsa-  
ris & rationalis.
- 20 De officio iu-  
risdict⁹. Alexā-  
drize.
- 21 De officio ei⁹  
cui mādata est  
iurisdictio.
- 22 De officio  
assessorum.

## Lib. 2.

- 1 De iurisdictio-  
ne oīm iudicū.
- 2 Quod quisque  
iuriū aliū ita-  
tuerit, ipse eo-  
dē iure vtatur.

3 Si q̄ ius dicē-  
ti non obtē-  
perauerit.

## De iudicibus videndum

Qui grad⁹  
quoniam apud  
alios est

**Q V O D O F F I C I V M**, nam iudicis est diligenter pro-  
uidere, vt ne aliud ius in alium statuat, quam ipse vti ac  
experiri velit: quæ res ad litigantes quoq; porrigitur,  
qui iniquum ius aduersum aliquem impetrant.<sup>2.</sup>

**Q V A E P O T E S T A S**. Omnes enim ius dicenti debent  
obedire, nisi penali potius iudicio coerceri velint &  
compelli. <sup>3</sup>

A litigantiū

Ordinarij,  
quorum non  
nulli sunt

Quot eorū  
species: nā aliū  
sunt

**V R B A N I**, qbus scilicet vel  
tota in vniuersum iurisdictio  
cōmittitur, quales sunt sena-  
tores, 9. consules, 10. vel pars  
aliqua, quales p̄fecti p̄tō-  
rio, 11. p̄fecti vrb⁹, 12. quæ-  
stores, 13. p̄tōres, 14. p̄f-  
eti vigilū, 15. Nam eorum alij  
rē militarē, alij vrbicā, alij pe-  
cuniariā, alij iudiciale, alij de-  
niq; cōmunē tranquillitatem  
procurant & sustinent.

**P R O V I N C I A L E S**, quales  
sunt proconsules & legati, 16.  
p̄fecti Augustales, 7. p̄fides,  
18. p̄curatores Cæsaris, 19.  
iuridici. 20.

**D e l e g a t i**, quibus est mandata iurisdictio. 21.

**A s s e s s o r e s**, qui ipsi iudicibus tantū adfertunt.<sup>22.</sup>

**M E R V M I M P E R I V M**, id est, potestas  
animaduertendi in facinorosos homines,

**M I X T V M I M P E R I V M**, id est, potestas  
expediendi ea, quæ præatoria propriè di-  
cuntur, de quibus idoneo loco,

**I U R I S D I C T I O**, hoc est iudicandi & iu-  
dicis dandi licentia. <sup>1.</sup>

- 1 De testamētis, q̄ testamēta facere possunt, & quēadmodum testamenta frant.
- 2 De liberis & posthumis hēreditib̄ istitūedis, vel exhereditādīs vel liberis p̄teritis.
- 3 De iniusto rupto & irrito factō testamento.
- 4 De ijs quē in testamēto dēlētur, inducūtur & inscribuntur.
- 5 De hēredibus instituendis.
- 6 De vulgari & pupillari substitutione.
- 7 De cōditionib̄ istitutioñū
- 8 De iure deliberandi.

- 1 De testamento militari.
- 2 De acgrēda hēreditate vel omittenda.
- 3 Quēadmodū testamēta apēriantur, inspiciantur & describantur.
- 4 Si q̄ omīssa causa testamēti ab intestato vel alio modo possideat hēreditatem.
- 5 De Senatuscōsulito Syllaniāno et Claudiano: & quorū testamēta nō apēriantur.
- 6 Si quis aliquē testari prohibuerit vel coegerit.
- 7 De iure codicillorum.

- 1 De legatis & fideicomissis primis.

- 1 De legatis & fideicomissis secundis.

- 1 De legatis & fideicomissis tertius.

- 1 De annuis & mensuris legatis & fideicommissis.
- 2 De vſu, & vſufructu, & habitatione, & operis p̄ legatū vel fideicomissū relictis
- 3 De dote prælegata.
- 4 De optione vel electione legata.
- 5 De tritico, vino, & oleo legato.
- 6 De fundo instructo & instrumento legato.
- 7 De peculio legato.
- 8 De penu legata.
- 9 De supellefili legata.

- 3 Vt legatorū vel fideicomissorum seruādorū cauſa caueatur.
- 4 Vt in possessione legatorū seu fideicomissorum seruādorū cauſa esse liceat.

qua ex vltimis testamētis defertur, vel est

Rerum singularū, i.e. legato rū & fideicomissorū, quē vel testamētore linquuntur, vel codicilis, de qbus quidē legatis tractātur?

Quō ad-

imantur, nā

id sit vel

# IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

## IVDICIA PRAETORIA.

### Ad successiones,

#### Lib. 37.

- 1 De bonorū possessionibus. Prætoriarū
- 2 Si tabulē testamēti exstabūt rerum, quædam
- 3 De bonorū possessione cōtra tabulas. pertinent
- 4 De legatis præstādis cōtra tabulas possessione petita.
- 5 De collatione bonorum.
- 6 De collatione doris.
- 7 De ventre in possessionem mittēdo & curatore eius.
- 8 De cōiungendis cū emāci- pato liberis eius.
- 9 De Carboniano edicto.
- 10 De bonorū possessione se- cundum tabulas.
- 11 Si à parete quis manumis- sis fuerit.
- 12 De bonorum possessione ex testamento militis.
- 13 De iure patronatus.
- 14 De obsequijs à liberis & li- bertate parentibus & patro- nis præstandis.

#### Lib. 38.

- 1 De operis libertorum.
- 2 De bonis libertorum.
- 3 De libertis municipū & ali- arum vniuersitatium.
- 4 De assignandis libertis.
- 5 Si quid in fraudem patroni factum sit.
- 6 Si tabulē testamēti nulla exstabunt.
- 7 Vnde liberi.
- 8 Vnde legitimi, & vnde ag- nati.
- 9 Vnde cognati.
- 10 De successorio edicto.
- 11 De gradib' & affinitatib' & nominib' eorum.
- 12 Vnde vir & vxor.
- 13 De veteranorum & mili- tum successione.
- 14 Quibus non cōpetit bo- norum possessio.
- 15 Ut ex legib' senatuscō- sultis bonorum possessio detur.
- 16 Quis ordo in bonorū pos- sessione seruetur.
- 17 De suis & legitimis hæ- dibus.
- 18 Ad Sc. Tertullianum & Orficianum.

### Ad res

Tuendas & conseruandas,

Donandas & imminuendas

Possidendas & acquirendas, aut enim hoc agitur, quæ admodū quid cuiusq; fiat, aut quæ admodū quis rem suam vel ius suum conseruet, aut quemadmodū alienet aut amittat.

### Ad personas siue obligationes personales, idque ad similitudi- nem iudiciorum ciuilium quæ totidē quoque capitibus, ut iam expositum est, continentur: Sed ne continentia materiæ successionis intertrumpatur, conser- taneum est, ut de ea prius tractetur.

Contra tabulas, 3. ad quam nemo admittitur, nisi legata præster, 4. & bona conferat, 5. & nulla habita distinctione vtrū iam nati sint, an adhuc in vtero, 7. nā & emancipatus pater ad- mittitur, vñā cum suis liberis in potestate aui retenxis, 8. & impu- bes etiam, cui quæstio mouetur, vtrū filius sit, nec ne. 9.

### Exstāti- bus tabulis, quod qdē fit 2.

Inter patrē & filiū emancipatū II.

Secundū Ex testamento militis 12.

Obsequium 14 Operæ I

Inter patronū & libertū: 13. nā ppter hēc, & alia adā tur à liberto patro no, qualia sunt

Liberorū 7.

Pagano- rū, in qd' ha

Cognatorū 9

qui certo tépore succedere, 10. secundum gradus suos coguntur, 11.

Viri & vxoris, 12.

Militum, nam in ijs quædā sunt singularia 13.

Primò, ut nō alij accipient bonorū pos- sessionem, quām quibus competit, 14.

Amborum, quionā scilicet tria sunt qd' opor- te obseruare

Secundò, ut ex legibus & Senatuscon- sultis detur, 15.

Tertiò, ut certo aliquo ordine fiat, 16. quemadmodum & in suorum & legitimo- rum successionibus, ab intestato obser- tur. 17. 18.

Defendimus

Defendimus ac tuemur res, vel	Priuatas, cùm videlicet eas far- das tecas conser- vamus	Per nunciationem noui operis, ei qui non iure videtur nobis sedificare. 1.	Lib. 39.
		Per cautionem de dāno infecto, si fortè vicini cedes ruinā in nostras minētur. 2.	
		Per actionem de aqua & pluuiā arcenda. 3.	
		Publicas, vt cùm prouidetur, ne debita reipublicæ vectigalia subtrahantur. 4. quæ quidē res est prætoria maximè, vt ex Verrinis Ciceronis facilè est colligere, in quibus & de sarcis tecis multa illi objiciuntur.	
		Inter viuos, 5	
	Rerum, per dona- tionem	Causa mortis, 6	
Abalienatio rerū, & amissio, q qdā ad p̄tōrē per- tinet, mera cōfi- ctit liberalitate, q non tā est iuriis q facti, & est vel		Vindicta, quod genus manumis- sionis etiam in vniuersitatum seruis 1	Lib. 40.
Hōim, per manu- missionē, t vel	Simplicem, locum habet. 2,	De manumissionibus.	
	Testamento	De manumissiōnē vindiicta.	
Conditio - nali, vt cū statu- liber sit, & licet a- lioqui q̄s subide sit liber, & etiā subide ingenuus	Vel directo, 4	De manumissionibus quæ seruis ad vniuerſitatē per- tinentibus imponuntur.	
	Per principē	De manumissiōnē testamēto.	
	Per sententiā. veluti	De fideicōmissarijs liberta- tibus.	
		De ademptione libertatis.	
		De statuliberis.	
		Qui sine manumissione ad libertatem perueniunt.	
		Qui & à q̄bus manumissiōni liberi non fiunt: & ad legem AEliam Sentiam.	
		De iure aureorū annulorū	
		De natalibus restituendis.	
		De liberali causa.	
		Quibus ad libertatem pro- clamare non licet.	
		Si libertinus ingenuns esse dicatur.	
		Ne de statu defunditorum post quinquēniū queratur.	
		De collusione detegenda.	

### Acquisitio



ACTIONES  
PRAETORIAE  
vel sunt

Exceptioes,  
nam agere etiam  
is videtur qui ex-  
ceptioe vtitur 1.  
que qdē sunt vel

Actiones, cu-  
iusmodi sunt obli-  
gatioes que dicu-  
tur prætoriz de q-  
bus (vt nunc duo  
capita in vnū cō-  
ijciam) tractadū 7.

Quibus de-  
reb, nā sūt

Rei iudicatae à prætore 2.

PRAESCRIPTIONIS téporis,  
nam quædā actiones anno, quædā  
longo tempore tolluntur 3.

DOLI ET METVS, cuius nullū  
iure ciuili proditū remedium 4.

REI DE QVA AGIT VR, nam  
quarundā rerū actio, non datur 5.  
& corū que litigiosa sunt, est spe-  
cialis quædā & singularis ratio 6.

Fit certis modis, tam  
ab uno 1. quā à pluribus reis 2  
tam liberis quam seruis 3.

Quomodo  
fiant per stipu-  
lationem, que  
quidem

Confirmatur per fi-  
deiussores 1.

Dissol  
uitur na-  
turaliter  
& ciuili-  
ter

Nouatioe 2.  
Solutione 3.  
Acceptila-  
tione 4.

IN GENERE, vel  
iudiciales, vel cauti-  
onales, vel cōmu-  
nes 5.

IN SPECIE, rem  
pupilli saluā fore 6.  
iudicatum solui, 7.  
rem ratā haberi. 8.

Lib. 44.

- 1 De exceptionib⁹ & præscriptiōib⁹ & præiudicijs.
- 2 De exceptioe rei iudicat⁹.
- 3 De diuersis & téporalibus præscriptionib⁹ & de ac-  
cessionib⁹ possessionum.
- 4 De doli mali & metus ex-  
ceptione.
- 5 Quarū rerum actio non da-  
tur, & de exceptione iuris-  
jurandi.
- 6 De litigiosis.
- 7 De actionib⁹ & obligatio-  
nibus.

Lib. 45.

- 1 De verborū obligatiōib⁹.
- 2 De duobus reis stipulati &  
promittendi.
- 3 De stipulatione seruorum.
- 4 De fideiussoribus & māda-  
toribus.
- 5 De nouationibus & delega-  
tionibus.
- 6 De solutionibus & liberati-  
onibus.
- 7 De acceptilationibus.
- 8 De prætoris stipulatiōib⁹.
- 9 Rem pupilli vel adolescen-  
tis saluā fore.
- 10 Iudicatum solui.
- 11 Rem ratā haberi & de ra-  
tihabitione.

LIB. 47.

- 1 De priuatis delictis.
- 2 De furtis.
- 3 De tigno iniuncto.
- 4 Si quis testamento liber esse iutus fuerit.
- 5 Furti aduersus nautas, cappones, stabularios.
- 6 Si familia furtum fecisse dicetur.
- 7 Arborum furtim cesarum.
- 8 Vi bonorum raptorum.
- 9 De incendio, ruina, naufragio, rate naue expugnata.
- 10 De iurijs & famosis libellis.
- 11 De extraordinarijs crimibus.
- 12 De sepulchro violato.
- 13 De concussionibus.
- 14 De abigeis.
- 15 De prævaricationibus.
- 16 De receptatoribus.
- 17 De furibus balnearijs.
- 18 De effractoribus & expilatoribus.
- 19 De criminis expilatæ hæreditatis.
- 20 De criminis stellionatus.
- 21 De termino moto.
- 22 De collegijs & illicitis corporibus.
- 23 De popularib' actionibus.

LIB. 48.

- 1 De publicis iudicijs.
- 2 De accusationibus & inscriptiōnibus.
- 3 De custodia & exhibitione reorum.
- 4 Ad legē Iuliā maiestatis.
- 5 Ad legem iuliam de adulterijs & stupro.
- 6 Ad legē Iuliā de vi publica.
- 7 Ad legem iuliam de vi priuata.
- 8 Ad legē corneliā de siccarijs.
- 9 Ad legem Pompeiā de parricidijs.
- 10 Ad legē corneliā de falsis & de senatuscōsulto Liboniano.
- 11 Ad legē iuliā repetundarū.
- 12 Ad legē iuliā de annona.
- 13 Ad legē iuliam peculatus.
- 14 Ad legē iuliam de ambitu.
- 15 Ad legem Flauiam de plagiarijs.
- 16 Ad senatuscōsultū Turpilianum & de abolitionibus criminum.
- 17 De requirendis reis & absentibus damnandis.
- 18 De quæstionibus.
- 19 De poenis.
- 20 De bonis damnatorum.
- 21 De bonis eorum qui ante senten. mortem libi consciuerunt vel accusatores coruperunt.

IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

I V D I C I A C R I M I N A L I A.

Priuata q̄ rursum vel 1	Ordinaria, cuiusmodi sūt	Furtum, cuius & generalis habetur ratio, 2. & specia lis in tigno iniuncto, 3. in hæreditate, 4. in nautis capponis & stabularijs, 5. in familia, 6. in arboribus cesarum, 7. Rapina, tam generaliter, 8. q̄ specialiter, 9. Iniuria & famosis libellis, 10.
		De sepulchro violato, 12. De concussione, 13. De abigeis, 14. Aut spespecialis De p̄uaricatorib', 15. De receptatorib', 16. De furibus balnearijs, 17. De effractorib' &c, 18. De criminis expilatio na-her. 19. tus, 26.
Extraordi- nia, 11 q̄ sunt vel	Merē priuata quorū tamen quādā	Priuatā causam obtinent, q̄ rūmerē cōpē. tit actio
		Genera- lis, vt a- ctio stel- lio na- her. 19.
Iudicia crimina- lia, aut sunt	Publicam securitatem lədunt, vt termini motio, 21. & illicitorū collegiorū & corporum coactio, 22.	Publicam securitatem lədunt, vt termini motio, 21. & illicitorū collegiorū & corporum coactio, 22.
		Popularia, quæ scilicet suum ius populo tuerunt, vt in albo corrupto, 23.
Publica, de ḡbus di- spiciendū 1	Quot sint corū species. nā qdā eorum infirū iūriā	Quomodo instituātur, accusatione scilicet facta, 2 & reo interim custodiz commissio, 3.
		Personæ, tum Publicē, vt in criminis lēsa maiestatis, 4 Stupris, 5.
Pecu- niæ, vt	Priuatæ, vt in priuata, 6. 7.	Priuatæ, Vi publica & priuata, 6. 7. Homicidijs 8. & parricidijs, 9.
		De falsis, 10 Repetundarum, 11 De annona, 12 Peculatus, 13. De ambitu, 14 De plagiarijs, 15
Quo per- agantur, quod sit vel	Ad effectū perduca	Deleta accusatione, tum propter calumnias ac- cusatoris, tum abolitione impetrata, 16
		Primū inquisitione reorū facta, 17. & questionibus adhibitus, 18
	Ratiōe bonorū, 19. 20.	De cōdīcē in Ratiōe civitatis iter- dictis poenitum cōficit restitutio, 23
		Ratiōe corporis, quo casu & de cadaverib' punitorū quęntur, 24

POSTERIORA.

# DE IVRIS ARTE, LIBER TERTIVS. 75

## POSTERIORA.

Posteriora  
vocabus,  
partim

Ea quæ post sen-  
tentiā latā in iudicio in-  
terponūtur, cuiusmodi  
sunt appellations, quæ  
sunt vel 1.

Ea quæ extraor-  
dinaria dicuntur, quæ  
scilicet quoniā p̄ter cō-  
mune iudiciorū ratio-  
ne (propter p̄statiā suā)  
tractātur, merit̄ ponu-  
tur post ordinaria, &  
pertinent quidem vel

A iudicijs,  
& in his sta-  
tuendum

A creatione magistratum, 10: Nam  
qui appellationis causa abest, debet p̄ alios domi  
defendi, 11. quoniā scilicet aliæ causæ nō minus  
debet apud primū iudicē tractari, ac si appellatū  
nō esset, 12. Cui & hoc accedit, quod mors inter-  
ueniens non aūquā permit appellationem. 13.

Ad fiscum, 14.

De captiuis & postliminio  
reuersis, 15  
De re militari, 16  
De castrensi peculio, 17  
De priuilegijs veteranorū, 18

Ad ho-  
mines

Ad re-  
muni-  
cipalē / q̄ue  
ḡdē/ per-  
tinet tū

Ad res  
8.9.

De personis, à quibus 2. &  
ad quos prouocetur, 3.

De rétoribus appellationū, 4.

De recipienda appellatione, 5

& Apostolis dandis. 6.

De effectu appellationis, 7. &

in quibus causis necessaria sit vel  
nō, 8 & quō causæ ei reditatur, 9

De libellis dimissorijs, qui  
apostoli dicuntur.

Nil nouari appellatione

interposita.

Quæ sententiae sine appella-  
tione rescindantur.

An per aliu causæ appella-  
tionis reddi possint.

Si tutor vel curator vel  
magistratus appellauerit.

Eū qui appellauerit in pro-  
vincia defendi.

Apud eū à quo appellatur,  
aliam causam agere com-  
pellendum.

Si pendente appellatione  
mors interuererit.

De iure fisci.

De capt. & postl. reuersis.

De re militari.

De castrensi peculio.

De priuilegijs veteranorū

Lib. 50.

Ad municipalem & de in-  
colis.

De decurionibus & filiis  
eorum.

De albo scribendo.

De munib⁹ & honorib⁹.

De vacatione & excusatio-  
ne munerum.

De iure immunitatis.

De legationibus.

De administratio reū ad  
ciuitatē pertinentium.

De decret. ab ordine faciēdīs.

De operibus publicis.

De nundinis.

De pollicitationibus.

De varijs & extraord. co-  
gnitionibus, & si iudex liti  
suam fecisse dicatur.

De proxeneticis.

De censibus.

## LIB. 49.

De appellationibus & rela-  
tionibus.

A quibus appellare nō licet.

Quis & à quo appelletur.

Quando appellandū sit, &

intra quæ tempora.

De appellationibus recipi-  
endis, vel non.

De libellis dimissorijs, qui  
apostoli dicuntur.

Nil nouari appellatione

interposita.

Quæ sententiae sine appella-  
tione rescindantur.

An per aliu causæ appella-  
tionis reddi possint.

Si tutor vel curator vel  
magistratus appellauerit.

Eū qui appellauerit in pro-  
vincia defendi.

Apud eū à quo appellatur,  
aliam causam agere com-  
pellendum.

Si pendente appellatione  
mors interuererit.

De iure fisci.

De capt. & postl. reuersis.

De re militari.

De castrensi peculio.

De priuilegijs veteranorū

IOACH. HOPPERI PHRISII IC.  
 DE DIFFERENTIA INSTITUTIONVM CI-  
 VILIVM ET DIGESTORVM, ET QVAE  
 RATIO CONNEXIONIS EORVM QVAE  
 SVB VNOQVOQVE TITVLO  
 CONTINENTVR.



**E**D de iure ciuili, & eius ordine ac ratione, hactenus. Nam quod in extremo quinquagesimi libri Pandectarū siue digestorū, de Verborū & rerū significatione, & item de Regulis iuris antiqui, tractatur: nihil aliud, quam breuiarium quoddam, & quasi cōiectionē totius continet: videlicet ut Verborum explicatio, quoddam quasi rerum diuinorum & humanarum: Regulorum verò collectio, quoddam iusti & iniusti, compendium contineat. Nec debet verò turbare quenquam, quod quæ in libris Institutionum ciuilium coniuncta sunt, & in vnum locum conclusa, qualia sunt, quæ de inofficiis querela, et reliquis testamentariæ rei articulis: itē de contractibus & verborum obligationibus, de lege Aquilia & reliquis obligationibus ex delicto, referuntur: quod inquam ea in Pandectis diuulsa sunt, & quasi discepta, & alijs atque alijs locis tractata: quoniam multa sunt natura sui copulata, quæ iudiciorum & actionum ratione, multūm differunt: & rursus in foro ac iudicijs coniuncta, quæ quantū ad rerum naturam attinet, toto, quod dicitur, cœlo separantur. In libris Institutionum connectuntur ea, quæ cognatam & affinem inter se naturam sortita sunt. In Pandectis verò, non negligitur quidem in totum illa cognatio, sed hactenus tamē probatur, ut si quidem res ad eundem ordinem & locum iudiciorum pertineant, coniungantur: sin verò minus, separantur, et suis iudiciorū locis inserantur: quasi scilicet plenè cumulateq; perfectę artis sit, ad usum simul & naturā rerum potius, quam ad nudam solamque cognitionem respicere. Atque hac quidem re factum est, ut licet propinquitate quadam naturæ inter se teneantur, pacta & pollicitationes: propter usum tamen forensis diversitatem, multis partibus deiungantur. Quod, quidem cùm à nonnullis haud satis intelligitur, contingit, ut præclarum illum et propè diuinum Pādectarum ordinem, (quem iam satis, ut videmur, ostendimus) reprehendant ac deserant, & ad suam, nescio quam, nouā rationem recurrentes, carbones nobis pro thesauris exhibeant. Nam quid ego nunc multa dicam, de singulis titulorum legibus ac responsis: quæ & ipsa suis capitibus & articulis distincta, probè inter se apteque coherent, ita ut nō tā de nouis ad inueniēdis fingendisque, quam de ijs quæ iam reperta sunt & tradita, recte intelligendis interpretandisque, & per ταξιδια (vt author<sup>a</sup> est Iustinianus) in certos quosdam articulos distribuendis, sit cogitandum. Si diligenter in titulu de Iustitia & Iure intueare, inuenies primò tractari definitiōnem<sup>b</sup> iuris: & diuisionem<sup>c</sup> in publicum & priuatū: quod iterum vel naturale est, vel gentium, vel ciuile. Secundò verò, finem iuris<sup>d</sup> Iustitiam proponi, & principia siue præcepta iuris, cum varijs eius vocabuli acceptio-

- a. 1. 1. in fi. 1. 2.
- C. de vet. iur.
- enucl.
- b. 1. ff. de Iust.
- & iur.
- c. d. 1. §. huius
- cum 8. II. seq.
- d. 1. Iustitia. cū
- 2. seq. illo tit.

acceptationibus, quo quidem ordine, nihil potest excogitari, nec aptius, nec cōmodius. Sic etiam sub rubrica de origine iuris, nōne primo loco, legum omnium ortus proponitur? Secundo, magistratum ratio ac diuersitas? Tertio, prudentum? Quid autem in titulo de legibus, ánnē principio traditur, quid lex g, quarum rerum sit, quam vim habeat, quomodo condi debeat, quomodo interpretari, quomodo obseruari? Pōst deinde verò de senatusconsultis. Et vltimo tandem de longa consuetudine? Certè non est dubium, quin omnium legum sub titulis positarum, quædam sit, & ea pulchra aptaque connexio. Inspice titulum de pactis, reperies priore parte demonstrari, quid pactum h, & quotuplex sit, & quale circa pacta Pr̄etor proposuerit edictum, cuius verba, interiectis necessarijs quæstionibus, ordine exponuntur. Posteriore i verò ea proponi, quæ ad priorū faciant enudationem, quæque cum priorib, sine perturbatiōe ordinis, nō potuissent cōmodè tractari, vt sēpe fit, in omnibus rebus et negotijs. Sub tractatu de pignorib, priore capite ostenditur, quæ natura pignorū, quomodo contrahātur, qualia ijs pacta adiici possint k, posteriore suppletur & declarantur nōnulla de prioribus. In materia testium demōstratu, in quibus causis adhibeātur testes<sup>l</sup>, quot<sup>m</sup>, quales<sup>n</sup>, & quales nō<sup>o</sup>. De iuris & facti ignorātia, quæritur, quid quæq; sit<sup>p</sup>, quomodo<sup>q</sup> debeat cōsiderari, quā habeat iuris regulā. Breuiiter null<sup>r</sup> est totius libri digestorū titulus, (quod idē & in Institutiōibus verissimū, licet secūs sit in Codice) q nō certa aliqua methodo ac ratiōe sit cōgest<sup>s</sup>, si modò subtiliter, in singulas leges, amputatis ijs quæ quòd ex varijs authoribus sint collecte, superflua sunt, inspiciatur. Et certè si paucis libeat cognoscere, quænā sit ratio cōexionis et ordinis legū, p totū librū Pandectarū, sic accipe. Tituli omnes, vel sunt simplices, vt de testib<sup>t</sup>: vel duplices, vt de acquirēda vel amittēda possessione. Qui simplices sunt, vel cōstāt locis dialecticis, vel edicto aliquo, cū sua interpretatione: vel sunt mixti. Prioris generis exēplū est, in titulo de suspectis tutorib<sup>u</sup> & curatorib<sup>v</sup>, vbi tractatur, vnde descēdat suspecti crīmē, apud quos postulari quis posset suspectus, quis, à quo, et ex qbus causis remouetur, & quæ poena suspecti. Posterioris, in omnibus titulis pertinētibus ad interdicta, in qbus primò pponuntur verba interdicti, pōst deinde interpretatio. Tertij, in titulo, Nautę caupones, stabularij, De donatiōibus inter virū & vxorē, cū similib<sup>w</sup>. Qui duplices sūt, id est, qui duos vel plures tractatus cōtinēt, vel cōtinēt eos ordine separatim, vt cū in tractatu de probationib<sup>x</sup> & præsumptionib<sup>y</sup>, priùs agitur de probationibus, pōst de præsumptionibus: in titulo de rebus creditis, priùs de mutuo, pōst de certi cōdictione: Vel permistim, vt cū de euictionib<sup>z</sup> & stipulatione duplē simul tractatur, itē cū de tutorū & curatorū excusationibus: cōiuncti, secundū certos quosdā locos, ambobus conuenientes, explicatur: Vel dēniq; medio quodā, q ex vtrisq; cōstat, modo, vt cū sub titulo de usuris, fructibus, accessionib<sup>aa</sup>, et mora, partī agitur de illis permistim, partim verò separatim. Planè oībus titulis, siue illi simplices sint siue duplices, hoc est cothimne, vt vel à re ipsa incipiāt, id est, ab edicto ipsa: vel definitione aut divisione: vel alio aliquo loco communi, vt in tractatu

e. l. 2. §. post ori-  
ginē. ff. de orig.  
Iur.  
f. §. Iuris. d. l. 2.  
g. l. 1. cum 29.  
seq.

h. l. j. l. cōuentū.  
§ . pacta in l. iu-  
risgentiū cū . 25.  
seq. ff. de pact.  
i. l. quod dictū  
cū omnibus seq.

k. 1. & qui . §.  
quod dicitur. ff.  
de pig.  
l. l. j. ff. de testib.  
m. l. j. illo tit.  
n. l. 2. illo tit.  
o. l. leg. Julia cū  
omnibus. seq.  
p. l. j ff. de Iur.  
& fact. ign.  
q. l. in omni cū.  
o. seq. illo tit.  
r. l. reg. vñq; ad  
si. illo tit.

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

tractatu de testamentis, de dolo malo, & plerisq; oībus: vel à p̄fatione aliqua, quę vel ostēdat futurū ordinē, vt de suspectis tutoribus vel curatoribus: vel cōmendationē rei habeat, vt de cōstituta pecunia, de p̄ctis: vel originē, vt de emptione venditione: vel causam, vt ad S C. macedonianū: vel cōexionē cū superioribus tractatibus, vt de peculio: vel vocabuli expositionē, vt si certum petatur: vel aliud denique quid simile, quod proœmij loco sit, priusquā ad ipsam rē veniatur. Præterea & hoc omnibus titulis est cōmune, vt vel vnam tantū partē habeat ordinariā: vel aliā etiā quandā extraordinariā, quę scilicet illa cōprehēdat, quę in ordinariā quidē rationē cadere non potuerint: sed tamen talia sint, quę omitti non debuerint, sed potiūs extraordinario quodā & extracluso loco ponī. Sic in titulo de p̄ctis, prius vniuersa ad rem pertinentia tractantur ordine, pōst deindē adiiciuntur quādam, quę ad priorum explicationem faciant. Sic in titulo de verborum obligationibus, prius traduntur quidē omnes loci communes, qui ad tractatum cum pertinere possint: sed pōst \* deindē subiiciuntur, retroacto quodā modo ordine, ea, quę ad priorū explicationem non parum habeant momenti. Et hoc est, quod turbat nonnullos, qui cùm vidēt eadem ferme in fine, cum ijs, quę in principio sunt, tractari: putant temere cōiectas, & in vnum congestas esse leges, quod certè longe diuersum est. Nam & in alijs omnibus disciplinis, etiam summa ratione ac ordine dispositis, videmus difficiliores nonnullas quæstiones, in finem rejici, ne videlicet cōtinentia sermonis interrūpatur: & dum se in illam rem effundit tota disputatio, id quod præcipiuū est, negligatur. Sic apud Platonē, tractatus de Poëtica in tertio de Republica propositus, perficitur in vltimo. Sic apud Ciceronem, in libris de legibus, reseruatur institutio puerorum, ad finē. Sic in Cebetis tabula, summa methodo cōscripta, id quod primo loco breuibus perstrictum erat, pōst deindē, finita tota narratione, luculentius explicatur. Sed de his omnibus, dabitur amplior dicendi locus, in ijs duodecim libris, quos de iure ciuili, vt diximus, p̄ manibus habemus. Hoc verò tēpore, satis fuerit nobis proposito iuris Pontificij & Ciuilis ordine, actiones & iudicia, de quibus hoc vltimo libro tractatum est, paulò latiūs aperiuissē, & simul, quomodo ex vniuersa ista iuris arte, ius nostrum Pontificale ac Ciuale, quo vtimur, confectū sit, & cum ea per omnes vbique partes ac membra conueniat, paucis demonstrasse.

## DE IIS QVI LEGES SVSTINENT ET EORVM DIVISIONE.



V N C illud sequitur vt videamus, quęadmodū illi porrò, qui iura sustinent, & eorum doctrinæ ac rationes, cum hac quoque iuris arte ac facultate, congruant. Nam si quemadmodum est apud Philonem non uno in loco, ad moderandam gubernandamque Rempublicam, non solū scriptis, aut in more positis legibus, quę præceptis cogant & prohibeant: verūm etiā viuis & spirantibus, id est principibus et magistratibus, qui exēplo regant ciuitatem,

tatem, indigemus: nō abs re, vt opinor, facturi sumus, si post leges scriptas, tam pontificias quām ciuiles, ad propositæ à nobis artis normam reuocatas, simul etiā operam demus, vt & nō scriptas seu loquētes leges, ad eandem quoque regulam accommodemus, & quibus doctrinis artibusque parati & expoliti, tum perfecti iureconsulti, tum principes, & magistratus esse debeat, edoceamus. Certè nemo est, qui nō intelligat, si modo memoriā tēporū replicare velit, mores principū pro regula quadam & lege semper habitās esse, et qualescunq; summi ciuitatis viri fuerint, talem cunctam quoq; ciuitatem fuisse, & quæcunq; mutatio vitæ, viætus, & morum in principib; existiterit, eandem in populo ferè sequutam. Itē plusq; manifestū est, per eos qui iurisdictioni præsunt, effectum rei accipi, & parū esse in ciuitate ius reperiri, nisi sint qui iura reddere possint: nec cōstare etiam posse ipsa iura, nisi sint aliqui iurisperiti, per quos quotidie in melius producantur. Ergo, quemadmodum in mutis legibus fecimus, sic etiam periclitemur in loquentibus, ecquid ad huius artis rationem, traduci & accōmodari possint? Tria diximus versari in republica, quibus vniuersa iuris & legū cōdendarū ars continetur: Ipsiū per se boni & æqui cognitionem: diuinarum humanarumq; rerum, & iusti ac iniusti, per eas distributi, scientiam: fori deniq; ac iudiciorum vsum & exercitationem. Ad hæc tria, tria quoque adhiberi hominum diuersa genera certum est. Alij enim sunt, qui sapientia calliditateque præstantes & solertia, tum consulti & sapientes, tum verò iurisperiti nominantur. Alij verò, qui dominatu & authoritate potentes, partim principes, partim magistratus appellantur. Alij denique, qui vīe sobrietate, ac morum actuūmq; omnium constantia insignes, alias Pontifices & sacerdotes, alias Prætores & iudices dicūtur. Ab his tribus hominum generibus, non solum omnium iuris partium, verùm etiam totius ciuitatis ac Reipublicæ rectio sustinetur. H̄i sunt qui apud Romanos, εποιησαν, magistratus, & pontifices: apud Iudeos, prophetæ, reges, & sacerdotes: apud nos hodie, Doctores, principes, & iudices appellantur. Nam quod poetæ de Minōe Cretēsium rege fabulantur, quod videlicet nouē annis à Ioue institutus leges tulerit, et Radamāthū causis disceptādis iudicandisq; præfecerit: quid tandem aliud significat, quām leges omnes non scriptas, quas viuentes appellauimus, in ijs qui sapientia, auctoritate ac iusticia præcellunt, consilere? Et certè initio cuiusq; ciuitatis non sunt olim apud maiores nostros, leges constitutæ: sed iusticæ fruendæ gratia, prudentes ac bene morati Reges electi, qui prohiberent iniuria tenuiores, cōtra eos qui maiores opes haberent, & à quibus premerentur, quiq; æquitate constituenda, summos cum infimis, & infimos cum summis, non descriptis quidem legibus, sed manu sua regiæ, vt inquit Pomponius, retineret. Tum verò demū ad ipsam legū scriptiōnem deuentum est, postquām posteriores principes, à patrijs virtutibus deficere, & pro libidine sua magis, quām pro æquitate, tem gerere cœperunt. De his ergo tribus hominum generibus, prudētibus scilicet, legumlatoribus, & iudicibus, sic tractabimus, vt primū aperiamus, & quomodo corrigi possint ostendamus, vitia, quæ non solum concipere

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

ipſi ſolent, verū etiam in totam porrò rem publicam & ciuitatem infundere. Deinde autem demonstrabimus, quod cuiusque eorum ſit officium, tum in vita communi ac moribus, tum in fundanda regendaq; legibus ciuitate: vna pertractantes quibusnā tandem artib; doctrinisque perfectos ac tinctos oporteat eſſe eos, qui ad exactam diuinarum ac humanarum rerum cognitionem, & totius adeò Republicæ moderationem, ſint peruenturi.

### DE VITIIS QVAE AB IIS QVI LEGES SVSTINENT, VITARI DEBENT.

**P**RIMVM autem & maximum vitium, quod omnes vbiue resplicas peruertit, in eo conſiftit, quod eos ad rerū publicarum & legum tractationem adiungimus, qui vel à natura non ſatis ad eam rem formati, vel morum et conſuetudinum prauitate corrupti, & quaſi contorti ſunt. Quis nō intelligit, ciuitates omnes à nullis penitus alijs, quām qui plenā perfectamque ipsius iuſti cognitionē habeant, contineri? Quis non videt, ad ipsam ſpeciem ideamque iuſticiæ non alium pertingere, ac ingenij ſui acie peruaderet posse, niſi cui aurū Deus, primo ſtatim ortu, vt inquit Plato, infuderet et diuinam quandam ingenij celeritatē & lucem circundederit? Si ergo ad eos rerum ſumma deſeratur, quibus vel æ tantū, vel ferrum à natura datum eſt, quique tum propter ingenij tarditatem ad ea nunquam ocu-los attollunt, quaſe ſola mēte ac ſcientia p̄rehendī, ſed in ſenſum tantū oculorum cadētia, probabilitate quadā animum pulsare, poſſunt: tum verò propter naturalē auri & argenti indigentiam, non tam ad ſalutem popularium ſuorum, quām opum & honorum amplificationem reſpi-ſcunt: ſi inquam ad eos Republica & legis administratio deuolu-tur: cui dubium eſſe potest, quin eam, partim ipsius ſummi bo-ni ignoratione, partim pecuniarum & honorum cupiditate, con-fefſim concuſluri, et stirpitus euersuri ſint? Qualia putas eos opinionū mōſtra, quales peregrinitates in Rempubl. infundere, qui in umbras tā-tūm ac imagines intueri, & nunquam, niſi cōniuentibus & caligatibus oculis, in ipsum veritatis ſolē, inſpicere poſſunt? Quantas eos ciuitatum & populorum ſtrages edere, qui cuncta non virtute, vt oportet, & ho-nestate, ſed diuiniarū tātūm abundātia, & honorū ambitione metiūtur. quaq; leges ſacrosanctas, quarū publicè professionē ſuſtinent, nō à vir-tute, iuſticia, honestate, prudentia, quemadmodum decet: ſed à munuſ-culis quaſe percipiunt, & ſordibus, & deteſtandis pecuniæ membris, in publica exedra iuuenibus laudare, non verentur. Hoc ergo primum & maximū vitium eſt in Republica, quod ad mysteriorū boni & equi tra-lationē admittūtur iij, qui neq; ingenij qualitate ad ipsum unquā bonū intelligendū, nec volūtate ad id quod iuſtū eſt, faciēdū, peruenire que-unt. Iam autē ſecundō, quod etiā illi quos natura habiles finxit & ido-neos, partim doctorum negligentia, partim prava inſtitutione corrumpuntur, & quō minūs ad maturam frugem aſſurgere poſſint, impediuntur: non

tur: nō minorē reprehēsionē, immo, si verū dicere volumus, multis partibus maiore, incurrere debet. An est, quod ab inertī & languenti ingenio, reipubl. magnopere metuamus? An est, quod ab ijs magnas procellas ac tēpestates rerumpubl. expectemus, qui neq; solertes natura sunt; neq; dociles? nullo modo. Quos natura callidos, versutos, sagaces, acutos, effecit: quos multiplices, prouidos, memores, plenos rationis & cōfiliij finxit: ad eos, si nō recta, vt oportet, & legitima disciplina adhibeatur, si doctorū vel socordia sylueſcat, vel peruersitate, à virtute ad auri et honorū cupiditatē, detorquēatur: illi demū sunt inquā, illi sunt, à quib' omnia ciuitatū naufragia exsistūt, quiq; sui cōmodi causa, cūctas nationes & populos cōmouere, leges omnes tā publicas quā priuatas perrūpere, & diuina pariter & humana miscere, non extimeſcūt. Quid quæſo potest excogitari indignius, quā quod prēclara illa ingenia, quę ad rerū diuinarū perceptionē Deus erexit, & ad ipsius coeli, quasi cognationis domiciliijq; pristini conspectū excitauit, cū beluis & brutis animātibus ad pastū abiiciātur, & nō vtilitatibus & cōmodis publicis, sed suis tantūmodo ambitionibus & honoribus, inseruire doceantur? Quid tādem in Republica perniciosius, quā quod illi, quibus tū instituendę, tū gubernandę ciuitatis cura cōmissa eit, nō ad ipsius iusti & virtutis, discipulos suos & liberos, sed ad pecuniarū & honorū detestāda studia traducant? Ergo hoc secundū est in ciuitate vitium, quod quidem quoquis hoste ac tyranno, multò ſeuīus ac atrocius graſſatur. Sed emanat ab iſto secundo tertium, quod certè non minū capitale eſt, ac perniciſum. Ex ijs, quæ in superioribus ſunt tradita, ſatis intelligitur, neminem ad legum trālationem rectè accedere, & ad ſummam illam, quam quærimus, perfectionem peruenire poſſe, niſi qui priūs multis, & ijs magnis artibus, ſit imbutus. Sine plena perfectaque vniuersalē philosophiā cognitionē, neque de diuinis, neque de naturalibus principijs, neque de perfecta, neque de imperfecta Republica, potest iudicari. Sine antiquitatis cognitione, & rerum gestarum memoriā, neque de externis principijs, neque de particularibus, neque de his, neque de illis hominum moribus & negotijs, potest tractari. Sine linguarum denique, ac omnium, quæ ad humanitatem pertinent, artium cognitione, neque legi, neque intelligi, neque tradi, neque ad uſum deduci leges nostrę quibus utimur, quæque ſumma elegantia conſcriptę, ac politissima artę perfectę ſunt, vlo modo poſſunt. Qui iam ſunt (quæſo) omnium eorum, qui ſe ad diuina iuris ſtudia applicare cogitantes, priūs ad eas quas commemorauimus disciplinas, adiungunt? Qui ſunt, qui eas vel primis saltē labris attingere ac delibare conantur? Profecti metuentes, ne per philosophiam, ab opum & ambitionum ſtudijs retrahantur, non paucis quidem philosophantur, vt ille, ſed nihil penitus. Multorum populorum mores, leges, et iura diſcere, tempus requiriſſe videntes & diligentiā, nihil proſuſattingunt eiusmodi, videlicet, ne cū prima statim aſtato ad Remp. accedere in animo habeant, (quod pessimi certè exēpli eſt) ne dico quicquā ſuboriantur obſtaculis, quod liberum eorum curſum, & ſecundam nauigationem impedit.

## IOACH· HOPPERI PHRISII IC.

Quoniam denique cuncta illa , quæ apud interpretes iuris reperiuntur, ex quibus magis quam ex legibus ius dicitur , non eleganter , ornatè, propriè, purè, & illuminatè, sed potius contrà, horridè, incultè, confusè, perturbatè, impropriè, & vt semel dicam , indoctè tractata, & densissimis ab omni parte barbaræ tenebris obsita vident : facilè adducuntur , vt sui compendij gratia , eas artes contemnant & negligant, ex quibus nullum lucrum sperare possunt . Pro philosophia cauillatricem quandam , non artem, sed peritiam addiscunt, vt quod loquuntur habent . Pro politicis disciplinis , adulacionem , qua hominum studia se complecti & tenere posse arbitrantur . Pro puriore ac politiore doctrina , nihil aliud , quām obscuram quandam ac foedam barbariem sequuntur . Atque his quidem rebus fit , vt nec diuinæ res commode tractare sciant , vt pote quorum oculi ad eas quemadmodum verspertilionum ad solem , caligant ac obscurantur : nec humanas , vt qui eas nunquam proprius inspicere didicerint , nec denique ipsum quod profitentur ius ciuile , vt qui ijs artibus ac facultatibus infecti ac tincti non sint , sine quibus ius ciuile , nec intelligi nec explicari potest . Verum omne id quod in eorum scientia versatur , nihil est profectò aliud , quām vel sophysmatum pro veris rationibus , vel inanum pro legibus autoritatum , ex se inuicem infinitè dependentium , connexio quædam & colligatio . Sed hæc quidem tria vitia sunt eorum , quæ ipsum iuris studium antecedunt . Iam ex hisce tribus vitijs , emergunt tria alia , quæ ipsam studiorum rationem penitus peruerunt . Vnum est , quod ipsum vniuersum legum quasi corpus , nunquam cognoscunt plerique omnes , sed nunc circa has , nunc circa illas particulas versantur . Quid an non hac ratione necessum est , vt multa legibus propalam expressâ reperiantur , quæ ijs nec audita sunt , nec cognita ? An non manifestum est , nunquam eos posse , totam aliquam & perfectam formam ac speciem legumlationis , animo concipere ? Pulchrè me hercule statuit Philo Iudeus , ita demum ad magistratum & iuri dicundi officium admitti debere aliquem , si prius leges , non modo vniuersas perlegerit , verum in compendium etiam & breuiarium aliquod contraxerit . Et certè in hisce nostris ciuilibus & Romanis legibus , nihil est facilius , quam totius libri Pandectarum sive Digestorum primum ordinem , quæadmodū in superioribus periclitati sumus , cōprehendere , & deinde ipsas vniuscuiusq; tituli leges , ad certa quedā capita , idq; nulla penitus facta mutatione , (in quo multi grauiter peccant) reuocare . Alterum vitium est , quod in enudandis explicandisque singulis legibus , plerumque sine arte ac methodo proceditur . Si verba species , nihil interpretibus nostris , nec nudius , nec spinosius , nec confragosius , excogitari potest . Si viam ac rationem docendi , præter scopas disolutas nihil reperies . Si denique rem ipsam quam tractandam suscipiunt , hoc plerisq; omnibus solēne , nihil suo loco dicere , omnia tractare , præter propositum . Tertium vitium est , quod propter antiquitatis & primæ iurisprudentię , hoc est philosophic ignorationē , in mille peregrinitates interpretationū

interpretationum & absurditates deducuntur. Nam quid opus est nunc ea in medium proferre, quæ vel ab ijs qui leuiter eas literas degustarunt, à quibus docti appellantur, animaduerti possunt? totus ordo iudiciorum, omnes species actionum, plurima genera cōtractuum & commerciorū, infinita denique in nuptijs, tutelis, vsucaptionibus, testamentis & alijs cōsimilibus, demonstrat, non solum ipsas leges malè à barbaris acceptas & interpretatas esse, sed vniuersam adeò rempublicā, ad eorum interpretationem ita mutatam & transformatam esse, vt veteris illius Romanæ reipublicæ, vix vlla amplius apud nos vestigia supersint. Qua quidem re fit, vt tum in summa rerum omnium obscuritate, quæ si veterem haberemus rempublicam, nulla esset, versemur: tum vero, vt Romanæ leges, non tam re ipsa nobis prosint & directò, quæ argumentatione tantum & sententia, per obliquum. Tractatus imperij & iurisdictionis, quantas apud omnes interpretes turbas vbique det, nemo est qui ignorat. Id vero nulla alia causa contingere, quæ ob mutatam officiorum & iudiciorum rationem, vel illud solum argumēto esse potest, quod inter vetetes iureconsultos, ne vnum quidem ea de re ferme verbum commutetur. Et quod ea quæ de iudice dato, de mixto imperio, de sarcis tectis, de interdictis, legibus passim nostris adsperguntur, nullum nobis directum usum præbere possunt, vel ex eo solo licet intelligere, quod ordo ille magistratum, ad quem illa referuntur, totus interciderit. Atque ita consequenter inde conficitur, non ad aliud proficere nobis in ijs, leges Romanas, idque primū vitio barbarorum interpretum, quæ vt ex ijs argumenta quædam duci, & similia tantum componi possint. Verū hæc de illis tribus vitijs, quæ totam rationem studiorum & scholarum inficiunt: Supersunt totidem & in ipso quoque foro ac gubernatione ciuitatis vitia. Nam præter hoc, quod magno totius Reipublicæ detimento, non experientes homines sed rudes: non docti, sed indocti: non graues, sed leues: non senes, sed pueri, frequenter accedunt ad rempublicam: quid? An hoc primū tolerandum est, quod ineruditii alicuius barbari interpretis assertioni, plus momenti & ponderis in iudicijs, quæ vel manifestæ legum authoritati, vel rationum cum legibus coniunctarum grauitati, nonnunquam tribuitur? Quid sit legum sacrosanctam voluntatem prodere ac perrumpere non sat scio, si hoc non est. Idem puto iudicandum & de illo altero, quod tanta interpretantium multitudo, contra manifestam Iustiniani voluntatem, toleratur, quodque illorum opiniones & sententiæ non rationū & legum pondere, sed solo numero æstimantur. Cui & hoc accedit tertium, quod ipsarū legum ciuiliū custodiā, & publicis literis consignatā memoriā publicā, nullā habemus. Nam ita fit, vt cùm non à nomophylacibus, quæ admodū apud Gr̄cos, sed à librarijs tātū, leges petere possimus, nūquā sat is de ipsa lege cōuenire queat, & nō tam certis & descriptis legibus degere, quā pragmaticorū, & leguleiorū hominū cōmētis viuere, dici debeam⁹. Sed de ijs vitijs, que tū incœpta eorū qui leges sustinet, tū vero studia et iudicia perturbat, iā sat is vt puto dictū est. Nam quod ex ijs omnia porrò scelera, fūcæ, venena, falsa testamenta

x iij nascuntur,

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

nascitur, quod inde furtæ, peculatus, expilationes sociorum & ciuium, opum nimiarum potentiaz non ferendæ, postremò etiam in liberis ciuitatibus regnandi cupiditates, & legum contortiones existunt, quibus nihil nec tetrius nec foedius excogitari potest: quid est opus, pluribus hoc loci commemorare? Ipsa enim quotidie res & usus docet, etiam eos qui mediocres sunt, & no omnino hisce vitijs infecti, à vera perfectaq; Reipublicæ rectione longissimè abesse, nec posse populos reuera sanare, sed tanquam imperitos medicos, in suis imperfectis moribùs, tanquam ægrotantium quibusdam lectulis, vt inquit Plato, languentes cōseruare. Nam si quis est ferè de decē milib⁹, qui summo Dei munere, (nā humanis studijs id fieri non potest) purus & syncerus euaserit, & ex hisce vitorum, tanquā tēpestatibus quibusdā et naufragijs elapsus, ad perfectam boni & equi cognitionem peruerterit: si quis inquam talis reperiatur: is vel cōfētū, cūm nullam nefariam cum alijs societatem vult inire, non aliter atque homo, qui in feras incidit, dilaniatur & perit: vel nullū studio sapientiaq; sua dignū reportat fructum, ob id quod pura synceraq; philosophia p̄cepta, in cōmunes hasce Respubl. incidentia, nō aliter atque peregrina semina, in alienum solum iniecta, degenerant, & amissa propria virtute, in aliam quandam speciem formamque transmutantur. Atque hæc videns ille, nihil putat esse satius, quām ab harum rerum inferiorum tractatione se abducere, et ad vmbrellā ac tranquillam vitam perfugere, atq; alios porrò omnes, vt idem imitentur, etiam atq; etiam admonere. Quasi scilicet, cūm ea, quæ perfecta expletaq; sunt, obtineri in populo non possint, satīs sit, tanquā in procella, dum turbine cœlum ac ventis & pulueribus agitatur, intra parietes domi tuto se cōtinere, & dum alijs nunc his nunc illis scelerum fluctibus obruuntur, & sursum ac dorsum iactātur, ita se collocare, vt intrò se recipiat, et purus ac integer permanēs, in summa mētis trāquillitate sedataq; cōstantia degat, & decursis vitæ suæ spatijs, cum bona tandem spe hilaris ac pius decedat.

## DE OFFICIO EORVM QVI LEGES SVSTLNENT, ET DE ARTIBVS QVIBVS INSTRVCTI ESSE DEBENT.



V N C sequitur vt videndū sit, de officio tum Iureconsulti & legūlatoris, tum verò iudicis: & quibus disciplinis ac artibus formati ex politiq; esse debeant. Perfectum Iureconsultū vocamus nō eum, qui vel pragmaticus, vel leguleius, vel preco aliquis actionū, vel cautor formularū, vel auceps syllabarū sit, vel in huius aut illius ciuitatis regionisū moribus & legibus versatus: sed qui omnium diuinarū & humanarū rerum notitiā, et iusti & iniusti per eas distributi scientiam possidet: idque siue apud hos siue apud illos populos degat, siue de rebus diuinis & humanis exterioribus, siue etiam de interioribus tractetur. Officium verò eius ac munus, longè sanè ac latè porrigitur, & per omnes omnino Reipublicæ partes ac membra dispargitur.

dispargitur. Diuisam constat esse totam ciuitatis informationē, tum in  
eā partē, quæ in doctrina institutionēq; quēadmodū author est cū Pla-  
tonē Xenophon, versatur, tum in eam, quæ regendæ gubernādæq; ciui-  
tati pr̄esidet, quæ quidē vel ad principes pertinet, vel ad subditos, vel ad  
medios, inter principes & populares, magistratus, siue iudices. Ad has  
omnes partes sic vocatur iureconsultus, siue sapiens, vt nulla sit omnino  
pars, quæ illius beneficio vacare vel carere possit. Primū in institu-  
tionē sic debet versari, vt ea quę procēmia legum à Platone vocari dixi-  
mus, qualia sunt quę ad temperantiam, fortitudinem, prudētiā, iusti-  
ciā, & omnem dēniq; virtutem pertinent, nō ijs tantū qui ad Re-  
publicam accessūrū sint, sed toti lāpe populo proponat. In ijs, quibus  
hodie viuimus, legibus tradēdis, sic progreditur, vt primo loco libros  
Institutionū tradat, qui p̄æexcitamentorum loco sunt. Secundo, Di-  
gestorum siue Pandectarū, qui vniuersam, & omnibus suis numeris ab-  
solutam legum traditionēm continēt. Tertio, Iustinianei codicis & no-  
uellarum, qui multa supplent, corrigunt, & emendant, de prioribus. Sed  
hīc sunt obseruādi quatuor ipsius lectionis quasi gradus. Prima lectionē  
satis sit, voluntatem & sententiam legislatoris in plerisq; allequi: quod  
quidem ita poterit obtineri, si tum verba diligenter explicentur, tum  
verò à generalibus ad specialia pedetentim fiat profectio, & principiō  
quidem omnium titulorum tum cōnexio tum explicatio in vnū quasi  
conspectū proponatur: p̄òst deinde verò, eorū quæ sub titulis tradūtur,  
partim secundum quæ suprà memorauimus, diuisio, partim enarratio  
quædam facilis & expedita exhibeat. Secunda lectione, paulo altius  
est aslurgendum, & non solum in id quod vult legūlator, sed cur ita ve-  
lit, & quam causam ac rationē in singulis habeat, inquirendū. Ad quam  
quidem rem, mirificè cōducit subindē legum ipsarum inter se collatio;  
subindē p̄æceptionū philosophicarum, & ipsius antiquitatis cognitio.  
Estque non tantū in nonnullis quærendum, cur hoc vel illo modo sit  
aliquid constitutum, sed etiam quæ dubitandi & ambigendi ratio esse  
possit. Tertia lectio, ad legum prima specieē discrepantiū cōciliationem  
nicitur, quæ quidem conciliatio; non solū hoc efficit, vt ipsi iuris quasi  
harmonia intelligatur, verū etiā, vt quidiquaq; lege dicatur, & quam  
rationem habeat, plenē tandem ac perfectè, sine vīta hēsitatione cognos-  
catur. Sed est ad illam rem necessaria, summa in distinguendis separan-  
disque speciebus subtilitas, quæ plerunq; quidem ex verbis ipsis; quæ  
diligenter intienda sunt, nō nuh quam verò ex positu legum & ipsiū ti-  
tulis, sub quibus leges cōtinentur, capi debet: adferuntq; errei multū  
hucis, partim disputationes scholasticæ, partim interpretationes nostropū  
prudentiū, quas quidem hactenus putore recipiēdas, vt ne ipsius veritatis  
indagationi quidquam adferant præiudicij. Quarta tandem lectio, ad  
ipsum fori vīta & ipsum puluerem ac solem se p̄æparat. Intellectis  
enīm probè legibus, è re est, vt quis sua sponte exspaciari, & suo  
mane pedem proferre, incipiāt. Nam cū notissimum sit, nō ita leges  
scribi posse, vt omnes casus, qui quandoq; incidere cōtent, compre-  
hendātur: huius quartę lectionis munus est, eas species, quę inter manus

# IOACH. HOPPERI PHRSII IC.

quotidie versantur , cum ijs, quæ legibus propalam expressæ sunt, componere: & quomodo ab ijs quæ scripta sunt, ad ea quæ scripta non sunt, argumenta duci possint, in dagare . Atque in hac quidem re , sic poterit progredi, vt aliàs quoddam sibi iurisprudètiae breuiarium faciat, quem admodum Philo præcipit, aliàs verò, locos quosdam cōmunes, in quos cuncta negotia coniçere possit, conscribat. Nam hac ratione cōsequetur, vt & ea quæ legibus descripta sunt, & ea, quæ in res quotidianas incurrere solèt, ad manum habeat . Verùm hęc haec tenus de illo iurisperiti officio, quod ad erudiendā informādamque ciuitatē pertinet. Nunc autem , quid principi ac populo iudicibusq; præstare debet, nō est in obscurō . Si enim legibus muniēda fundādaq; est ciuitas, quid? an aliū adhibebimus principi ciuitatis, q̄ qui sciat, vt inquit ille, Publica priuatis fecernere, sacra prophanis, Cōcubitu prohibere vago, dare iura maritis, Oppida moliri, leges incidere ligno? Si leges cōditę, vel in ordinē includendę, vel corrigendę, vel amputandę, vel explicadę, vel aliquo deniq; modo interpretandę sunt, nonne illum adsciscet sibi princeps, qui iuris nodos , & legum ænigmata callet ? Quantum autem populo exhibeat consultus, vel sola, vt inquit Cicero, Quinti Mutij ianua , testis esse potest, quæ etiam in insirmissima eius valetudine, affectaq; iam tum æstate, maxima quotidie frequentia ciuiū, & summorum hominum splēdore, celebrari solebat. Sed est diligenter ab ijs, qui se consultoribus præbent, cauendum, ne ad gratiam eius, qui consultationē proponit, respōdeant, néue eum quem adiuuare debet, decipient, & in sumptum inanem conciijciant. Quod quidem multò religiosius custodiendū est, in ijs respōlis, quibus ad ea, de quibus iudex ambigit, respōdetur: quæ quidē responsa, quoniā ipsius rei iudicatæ instar obtinēt, non debent solis interpretum opinionibus & sententijs, sed vel ipsiis apertè legibus, vel manifestissimis secundum leges rationibus , esse subnixa . Nunc transeamus ad ipsius legumlatoris officia . Nam eius primū, & haud scio an maximum, manus est , vt omnibus , qui in ciuitate sunt , specimen sit , vt inquit Cicero . Nam quemadmodum cupiditatibus principum & vitijs, infici solet tota ciuitas : sic contrà , emendari & corrigi , continentia . Et certè, in ijs, quos Philo leges non scriptas vocat , hominibus, in quibus est Abraham, Iacob, Ioseph, cum nonnullis alijs , hoc licet passim in sacris literis obseruare, quod ad eorū vitā & rationē, omnes pōst deinde posterorum mores, tanquā ad certā legē & regulam, exiguntur. Atq; id adeò est, quod nō ex Diuo Paulo ferè dicimus, Omné Christi actionē, nostrā esse institutionē. Alterū legūlatoris officiū est, vt in cōscribēdis legibus & moribus ferendis, prudēter ac prouidē versetur. Nam quēadmodū pictores tabulā, prius quā pingant, abluunt, expurgant, abradunt: ita & oportet eum , qui leges populo latus sit , ante omnia præcidere auerruncare, et stirpitus euellere id, quod prauum in eo est & vitiosum. Videturq; nō alio cōsilio populu suū Moses, iussu Domini ab omnibus gentibus segregasse , ac in vastis solitudines abduxisse , quam ut eam integrā, puram, sincerā , & ab omnibus aliorū hominū vitijs alienā, haberet, priusquā ad leges ferendas, et rēpublicā cōformandā accederet.

Quantum

Quantum autem ad ipsas leges attinet, sic statuet, ut se, non pro ipso legum authore, sed authoris Dei interprete ac instrumento, habeat: cogitatas, cor regis in manu Domini esse: & Mosen, non ipsum per se, sed dictante Domino, leges suas conscripsisse. Nam hoc illud ipsum est, quod vult Homer, cum sceptrum Agamemnonis, non ab hominibus, sed a Diis immortalibus fabricatum, & ab ipso Ioue, per multas manus ei traditum, fabulatur. Nam verò legum ordinem sic disponet, ut primo certa quedam, & ea pauca capita constituant, ex quibus omnes porrò leges inferiores, tanquam ex suis fontibus emergant, & effluant, & ad quae tanquam ad sua capita, certo quodam ductu ac serie, reduci ac reuocari possint. Sic enim in iure Romano, quod duodecim tantum tabulis initio contineri solet, factum esse, nemo dubitat. Sic Mosaicas leges vniuersas ad prima decem precepta reuocari posse, & Philo scriptum reliquit, & omnes intelligimus. Sic denique cunctam legem & prophetas, duobus Christi preceptis comprehendendi, ipse Christus author est. Nunc autem post leges conditas, si videat aliquid desiderari prudens legislator, id pro rerum & temporum ratione ac necessitate, tu supplebit, tu corriget, tu mutabit: sciens propter rerum humanarum instabilitatem, fieri non posse, ut omnes semper leges inferiores, firmè ac fixè manent: sed opus esse, ut is, qui arte regendae gubernadæcnae nauis habet in republica, & leges tenet, mutatis personis, locis, & temporibus, quasi vetis & tempestatibus, & deficientibus scriptis legibus, ut inquam, ad artem suam confugiat, & scriptas prius leges, quatenus in ijs desiderari aliquid videtur, in melius producat. Atque ita quidem decadens, non solum leges publicè latas populo relinquet, sed ipsam artem etiam condendarum legum quibusdam quasi per manus tradet, ut videlicet per eos, tu ea que redundant, detrahit: tum verò que defuntur, adjici: tu denique que collapsa sunt, quemadmodum in picturis, reformari, & in integrum restitutur possint. Sequitur officium iudicis, quod quidem partem in eius persona spectatur, partem in custodia legum, partem in causarum tractatione. Si de morib[us] eorum quereras, qui rebus iudicandis presidet, regula Philonis Iudicii est, ut ab omni animorum perturbatione, que à ratione sit auersa, & ab omni genere vitiositatis, quo vulgo implicari et infici solet, sint liberi: utque, non seruidis litibus et producendis, sed amputandis potius et per arbitrios cōponendis, opera nauent, non solum abnuentes ea munera, quae pro rebus malè iudicandis, verū etiam que pro bene iusteque definiendis, offeruntur. Si de studijs eorum & disciplinis, precipit ex Mose idem Philo, ut primo magistratus sui anno, breviarium sibi vniuersum legis confiant, & propria sua manu describant, idque eo potissimum consilio, ut omnia semper legis capita, praecipue oculis habeant, & in ijs probè percipiendis & iudicis accommodandis, omnes suas cogitationes & curas ponant. Porro autem, quantum ad ipsas leges attinet, illud etiam atque etiam ad eucratum suam reuocare debet legum custos, siue iudex: ut eas sanctas teatas & integras conservet, nihil eorum permittens, vel mala consuetudine deleri, vel obliuione obrui, vel negligentia intercidere, vel malitia & corruptio, vel alio denique atque alio modo perireti. Nam quod Talus per omnes ubique pagos proficiisci solet, & leges aeneis

## IOACH. HOPPERI PHRISII. IC.

tabulis insculptas circumferre, lustrans, ecquid alicubi mutatū, vel corruptum, vel minūs obseruatum in legibus esset, manifestè argumēto est, id vnicè iudici curæ esse debere, vt ne quid à lege detrahatur, & quid sc̄us, quām illa velit, perpetretur. Nam quōd ex bono & æquo subinde quid statuere conceditur, longè alia res est, nec debet hoc sibi iudex, nisi exstremo urgente necessitate assumere. Circa causarum tractationē, duplex prodita est regula. Una est, vt nulla personarum ratio habeatur, nec pro paupere, nec pro diuite, nec pro nobili, nec pro ignobili, nec pro amico, nec pro inimico, nec pro coniuncto, nec pro alieno: sed pro ipsius causa tantum & negotij iusta ratione, ac merito iudicetur. Altera, vt si qua sit grandior causa, ea per ipsum iudicem expediatur: si qua verò leuior, vt ad inferiores & pedaneos iudices reiiciatur. Et vocantur quidem grauiores cause, non illæ quidem, quæ de magna aliqua pecuniarum quantitate inferuntur, vel quæ ad potentiores, honoratoresq;, aut locupletiores pertinent: sed quæ viduas, pupilos, aduenas, & alios miseros & oppressos attingunt, qui que hominum auxilio destituti, ad solum iudicem, tanquam ad ipsum Deum, configuiunt. Sed hæc quidem breuiter sufficiat per strinxisse de munib⁹ ac officijs eorum, qui pro legibus non scriptis habentur, qui que vel prudentis in republica, vel legumlatoris, vel iudicis locum obtinent. Iam autem quantum ad artes & disciplinas attinet, quibus perfecti & instructi esse debent: tria sunt omnino doctrinarum genera, quæ in perfecto, vel Iureconsulto, vel principe, ac iudice requiruntur. Vnum quidem genus est humanum: Alterum diuinum: Ultimum ex utroque genere mixtum. In humanis primum est, vt quis se ipso, quemadmodū Apollo præcepit Pythius, cognoscat, & nec in fortunæ, nec corporis bona, sed ea tantum, quæ ipsius animi sunt, intuens, semper diuinum se aliquid habere sentiat, & ingenium in se suum, sicut simulachrum aliquod, ad omne genus virtutum, publicarum pariter ac priuatarum, fabricatum ac dedicatum existimet. Secundum verò, vt vniuersa rerum natura, & omnia ea, quæ occulta, & ab ipsa natura inuoluta sunt, percipientur. Nam qui sic est informatus, vt iam cœlum, terras, maria, rerumque omnium naturam perspicerit, eaq;, vnde generata, quo reditura, quando, quomodo obitura, quid in ijs mortale & caducum, quid diuinum æternumque sit, viderit: is demum aptus & idoneus est, qui de varijs rerum naturis, quæ in communī vita euenire solent, existimet: quemadmodum is, qui se tentatum & exploratum habet, de ijs, quæ politica sunt, & ad mores pertinentia, dijudicare potest. Tertium denique est, vt omni liberali ac eleganti doctrina, & omni parte sermonis humanitatisq; sit expolitus. Nam qui de vestigialibus, commeatu, bello, pace, ac alijs similibus dicturus est, vel in senatu, vel cū populo deliberaturus: cum partim antiquitatis & rerum gestarum cognitione instructū esse oportet, partim orationem habere compositam & ornatā, & artificio quadam & expolitione distinctam. Sed hæc de humanis artibus. In diuinis autem vnum illud spectatur, vt à corporis obsequijs indulgentiaque quis decedens, & voluptatem omnem sicut labem aliquam decoris opprimens, omnemque mortis dolorisque

dolorisque timorem fugiens, verum Dei cultum, & puram religionem suscipiat, & in ipsum summum bonum, quod perfectum & expletum, & ab omni parte beatū sit, intueatur. Nam quēadmodū per artes humanas, ea discimus, quæ fragilia sunt, & in casu posita, quęq; in sensum oculorum cadentia, nihil aliud nobis, quā opinionē adferunt: ita per artes diuinās, & per summi boni contemplationem, ad ea cognoscenda deducimur, quæ stabilia, perpetua, æterna, & sine ullo temporis principatu & occalu sunt, quęque in mentem tantū & rationem cadētia, verana nobis et absolutā scientiā pariūt. Nam quod solis fulgor et radij prēstāt oculis, ita ut cernendi prospiciendique facultatem acquirāt: hoc summi, quod dico, boni lux & splēdor, tribuit menti ac animo: ita ut ab eo, veri falsique dijudicandi, & quæ bona sunt diligendi, quæ cōtraria rejiciēdi, facultatem accipiat. Perfectō, quemadmodum ea, quæ in communi hominum usu & tractatione verlantur, & itē ipsi homines, cum ceteris animantibus, à pictoribus exprimuntur, & omnibus suis, tum coloribus & figuris, tum verò membris, articulis, & lineamentis depinguntur, ita tamen ut multum inter res ipsas & pictas sit discriminis: sic etiam hæc omnia, quæ artibus humanis continentur, collata cum ijs quę diuinis, umbrarum tantū & imaginum instar obtinent, ita ut in ijs, ipse verè, perfecte, & omnibus suis numeris absolute res sint, apud nos verò, inania tantū simulachra, & umbræ vagentur, quæ ad eorum, quę in intellectu consistunt, imitationem, sunt effictæ. Iam autem tertium genus artiū, quod tum diuinæ naturæ, tum humanæ particeps est, & utriusque quasi vinculum, propriè naturam attingit humanam. Nam homo, partim mortale corpus circumferens & caducum, quod quidem illi cum beluis & brutis animantibus est commune: partim verò ratione utrē ac intelligētia, quod eū Diis immortalibus, parē et cōqualem efficit: illā sorte ac cōditionē nactus est, ut prēclara quadā ratione, diuina cum humanis, & contrā humana cum diuinis, coniungere sciat & connectere. Et certè, quoniam animus noster, partim ex substantia cōpactus & conglutinatus est, partim ex altero & eodē, idq; secundum varias & diuersas proportiones: nō est ullo modo dubiū, quin ad diuinorū et humanorū cōexionē faciendā, largita sit nobis Dialectica, quę administris utrē mathematicis proportionibus, hoc solū sibi habet propositū, ut in quaq; re inueniat, quæ cuiusq; rei sit substantia, quid cum alijs habeat cōmune, quid tandem sibi proprium, & ab omnibus segregatum. Si ergo talis aliquis reperiatur, qui primum omnibus inferioribus & humanis artibus, quæ quidem ad rem publicam regendam faciunt, sit instructus & paratus: deinde verò qui diuinās & æternas res omnes, cognitas ac perceptas habeat: tertio tandem, qui ijs disciplinis sit imbutus, quæ ad diuinārum ac humanarum rerum colligationem sunt concessæ: si inquam talis aliquis reperiatur: is demum est, qui pro vero ac perfecto iureconsulto, legumlatore, ac iudice, probari potest: cuique vni, votis & suffragijs omnium, tota ciuitas & Respublica committi debeat. Nam is ille est, qui à rebus sensum commouentibus, ad mores & officia, & à moribus & officijs, ad scientias

## IOACH. HOPPERI PHRISII IC.

ad scientias & doctrinas , & à scientijs & doctrinis , tandem ad ipsum summum rerum omnium fabricatorem & architectum Deum adscendere , & rursum per totidem gradus , à luce ac splendore rerum diuinorum , ad caliginem & tenebras rerum humanarum illæsus descendere sciat . Et sanè si talis aliquis nanciscatur rempublicam , is primò quidem omnium , quemadmodum boni pictores facere solent , expurgat suis sordibus ac eluit ciuitatem , tanquam tabulam : Post deinde verò , subindè ad Deum ipsum , & quod reuera iustum , honestum , decens est , subindè ad homines & eorum naturam respiciens , atque id perspèctivo citro faciens , non antè conquiescit , quàm nunc delineando , nunc articulando , nunc colores iniiciendo , nunc iterum expungendo , nunc corrigendo denique , hoc effecerit , vt humani mores , diuinæ respondeant voluntati , & tota adeò respublica nihil sit aliud , quàm viua quadam & expressa , quemadmodum oportet , imago Dei .

F I N I S.

D. O. M.

Visum & admissum per Reuerend.D.Ruardum cancellarium Vniuersitatis , & Decanum ad S. Petrum Louanij.

## E R R A T A.

Folio 6. pagina 1. in margine, quadraginta, lege quadringenta. Fol. 8. pag. 2.  
vers. 18. legislatoirs, lege legislatoris. Fol. 10 pag. 1. vers. 10, prefectam, lege  
perfectam. Fol. 31. pag. 2. vers. 1. conferreationem, lege, confurreationem  
Fol. 32. pag. 2. vers. 2. tritanū, lege tritauum, Fol. 35. pag. 2. vers. 14. Goitia  
lege, Goetia, Fol. 36. pag. 1. vers. 25. falcidæ, lege falcidiæ, Fol. 40 pag. 1.  
vers. 21. chyrographo, lege chirographo, Fol. 65. pag. 1. vers. 16. quædā, le-  
ge quadā, Fol. 66. pag. 1. vers. ante penult. qui, lege, quæ.

L O V A N I I

¶ Excudebat Stephanus Gualtheri, cum

Iohanne Batteno Typogr. Jurat.

A N N O 1553.



